Riewald,
De imperatorum romanorum cum certis dis et comparatione et aequatione

DE IMPERATORUM ROMANORUM CUM CERTIS DIS ET COMPARATIONE ET AEQUATIONE

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB
AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE
IN
ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA
RITE CAPESSENDOS
SCRIPSIT

PAULUS RIEWALD
PRIMISLAVIENSIS

HALIS SAXONUM
FORMIS DESCRIPSIT EHRHARDT KARRAS
MCMXII

De dissertatione probanda ad philosophorum ordinem rettulit
Georgius Wissowa.

Examen rigorosum habitum est die IX mens. Nov. a. 1911.

Ex Dissertationum philologicarum Halensium vol. XX, 3 seorsum expressum.

PARENTIBUS OPTIMIS CARISSIMIS
SACRUM

Compendia.

CIL = Corpus inscriptionum Latinarum.

CIG = Corpus inscriptionum Graecarum.

IG = Inscriptiones Graecae.

IGA = Inscriptiones Graecae antiquissimae ed. Roehl. Berolini 1882.

Le Bas = Voyage archéologique en Grèce et en Asie mineure fait par Ph. Le Bas et W. H. Waddington. II[e] Partie. Inscriptions. Paris 1847 sqq.

Anc. Gr. Inscr. = The collection of ancient Greek inscriptions in the British Museum. London 1874 sqq.

IGR = Inscriptiones Graecae ad res Romanas pertinentes. Edendum curavit R. Cagnat. Paris 1901 sqq.

Ditt. Syll.² = Sylloge inscriptionum Graecarum iterum edidit W. Dittenberger. Lipsiae 1898 sqq.

OGI = Orientis Graeci inscriptiones selectae ed. W. Dittenberger. Lipsiae 1903. 1905.

Dessau = Inscriptiones Latinae selectae ed. H. Dessau. Berolini 1892 sqq.

Inscr. Cos = The inscriptions of Cos by W. R. Paton and E. L. Hicks. Oxford 1891.

Inscr. Magn. = Die Inschriften von Magnesia am Maeander, herausgegeben von O. Kern. Berlin 1900.

Inscr. Perg. = Die Inschriften von Pergamum, herausgegeben von M. Fraenkel. Berlin 1890. 1895.

Inscr. Pont. Eux. = Inscriptiones antiquae orae septentrionalis Ponti Euxini Graecae et Latinae ed. B. Latyschev. Petropoli 1885 sqq.

Bull. corr. hell. = Bulletin de correspondance hellénique.

Ath. Mitt. = Mitteilungen des kaiserl. deutschen archaeologischen Instituts. Athenische Abteilung.

Röm. Mitt. = Mitteilungen des kaiserl. deutschen archaeologischen Instituts. Römische Abteilung.

Jahresh. öst. Inst. = Jahreshefte des österreichischen archaeologischen Instituts.

Journ. hell. stud. = Journal of hellenic studies.

Eph. ep. = Ephemeris epigraphica.

Eckhel = Doctrina nummorum veterum conscripta a Jos. Eckhel. Vindobonae 1792 sqq.

Mionnet = Description de médailles antiques Grecques et Romains, par T. E. Mionnet. Paris 1806 sqq.

Cat. Brit. Mus. = Catalogue of the Greek coins in the British Museum.

Head² = Historia numorum. A manual of Greek numismatics. New and enl. ed by B. V. Head ass. by G. F. Hill. Oxford 1911.

Imh.-Bl., M. Gr. = Monnaies Grecques, par. F. Imhoof-Blumer, in Letterk. Verh. Koninkl. Ak. XIV 1883.

Imh.-Bl., Gr. M. = Griechische Münzen, von F. Imhoof-Blumer, in Abhandlungen der philos.-philol. Klasse d. Kgl. Bayr. Akademie der Wissenschaften XVIII 1890.

Imh.-Bl., Kl. M. = Kleinasiatische Münzen, von F. Imhoof-Blumer. Wien 1901 sqq. = Sonderschriften d. österr. arch. Inst. in Wien I. III.

Imh.-Bl., Lyd. St. = Lydische Stadtmünzen. Neue Untersuchungen von F. Imhoof-Blumer (seorsum expressum ex Revue Suisse de Numismatique V sqq.). Genf-Leipzig 1897.

Friedl.-Sallet = Das Königliche Münzkabinett. Von Julius Friedländer und Alfred v. Sallet. Berlin 1873.

Babelon = Description historique et chronologique de monnaies de la république Romaine par Ernest Babelon. Paris 1885 sq.

Cohen = Description des monnaies frappées sous l'empire Romain, par Henri Cohen. 2me édit. Paris-Londres 1880 sqq.

Babelon, Catalogue = Catalogue des Camées antiques et modernes de la Bibliothèque nationale. Publié par M. Ernest Babelon. Paris 1897.

Rev. num. = Revue numismatique.

BGU = Aegyptische Urkunden aus den Königlichen Museen in Berlin. Griechische Urkunden. Berlin 1895 sqq.

Ox. Pap. = The Oxyrhynchus Papyri (Egypt Exploration Fund). London 1898 sqq.

P. Petr. = The Flinders Petrie Papyri by John P. Mahaffy and J. Gilbart Smyly. Dublin 1905. (Cunningham Memoirs of the Royal Irish Academy vol. 11).

CPR = Corpus papyrorum Raineri archiducis Austriae.

Archiv = Archiv für Papyrusforschung und verwandte Gebiete, herausgegeben von U. Wilcken.

Berl. Sitz. Ber. = Sitzungsberichte der Kgl. Preufs. Akademie der Wissenschaften zu Berlin.

FHG = Fragmenta Historicorum Graecorum ed. C. Müller. Parisiis 1841 sqq.

P.-W. = Paulys Realencyclopädie der classischen Altertumswissenschaft. Neue Bearbeitung von G. Wissowa. Stuttgart 1893 sqq.

Roscher = Ausführliches Lexikon der griechischen und römischen Mythologie, herausgegeben von W. H. Roscher. Leipzig 1884 sqq.

Wissowa = Religion und Kultus der Römer. Von Georg Wissowa. München 1902.

Quicunque operam dat religionibus antiquorum populorum investigandis, eum effugere non potest mirum quoddam studium inter deos inserendi homines rebus egregie gestis magnam gloriam adeptos, quod ab orientis populis exorsum progressum ad Graecos effecit, ut cum Lysander [1]) Alexander [2]) Ptolemaei Seleucidae Attalidae alii [3]) tum Flamininus proconsulesque Romani [4]) divinis honoribus afficerentur. Unde adulandi illud genus receperunt Romani, cum Graeca mente Graecisque moribus totus populus esset imbutus, et ad Caesarem imperatoresque transtulerunt. [5]) Tribus rationibus recipi potuit imperator inter deos, ita ut aut ipse sive vivus sive post mortem appellaretur deus aut certo deo aequaretur aut statua eius in templo iuxta deum poneretur, qua re factus est *σύνναος* dei. Cave autem putes omnibus locis, quibus vides imperatorem deum appellatum aut deo aequatum, eum sacris esse cultum, cum divinum cognomen persaepe adulandi tantum causa inditum sit.

Mihi in hac quaestione agere proposui de imperatoribus, qui certis deis aequati sunt, qua in re non licebat omittere eos poetarum locos, quibus imperatores cum deis comparantur.

---

[1]) E. Kornemann, Zur Geschichte der antiken Herrscherkulte. Klio I 1901 p. 54.

[2]) l. c. p. 56 sqq.

[3]) l. c. p. 60 sqq.

[4]) l. c. p. 95 sq.

[5]) H. Heinen, Zur Begründung des römischen Kaiserkultes. Klio XI 1911 p. 129 sqq.

Caput primum.

Caesar, qui in re publica regnum sibi comparare volebat eiusmodi qualia fuerant regna quae hellenistica appellare consuevimus Ptolemaeorum Seleucidarum Attalidarum aliorum,[1] in sacris quoque rebus illorum regum consuetudines recipere in animo habebat et ut iam vivus dei instar coleretur non modo permisit sed etiam imperavit.[2] *Σύνναος* factus est et Quirini (Cass. Dio XLIII 45, 3; Cic. ad Att. XII 45, 3. XIII 28, 3) et omnium deorum (Suet. Caes. 76; Cass. Dio XLIV 4, 4; App. b. c. II 106), appellatus est Juppiter Julius (Cass. Dio XLIV 6, 4), templumque commune cum Clementia ei exstructum est (Cass. Dio XLIV 6, 4; App. b. c. II 106; Babelon II p. 29 nr. 52, quo in nummo *Clementiae Caesaris* inscripto cernitur templum).

Augustus primis annis postquam imperium adeptus est ut hominibus simili modo venerationi esset spectavisse videtur, id quod efficitur ex nonnullis testimoniis, quae eum et deum appellant et Apollini aequant. Vergilius in prima ecloga Bucolicon anno a. Chr. n. 41 conscripta imperatorem vocat deum et omnibus mensibus die natali ei sacrificaturum se esse promittit.[3])

Verg. ecl. I 7 sq.:

namque erit ille mihi semper deus, illius aram
saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.

---

[1]) Kornemann l. c. p. 95 sqq.

[2]) R. Reitzenstein, Zwei religionsgeschichtliche Fragen. Strassburg 1901 p. 23 sq. A. de Domaszewski, Philologus LXVII 1908 p. 1 sqq. = Abhandlungen zur römischen Religion. Leipzig-Berlin 1909 p. 193 sqq.

[3]) Cf. G. Wissowa, Hermae XXXVII 1902 p. 157 sqq.

et v. 42 sq.:

quotannis
bis senos cui nostra dies altaria fumant.

Nonnullis annis post[1]) idem poeta Augustum affatus est his verbis:

Verg. Georg. I 24 sqq.:

Tuque adeo, quem mox quae sint habitura deorum
concilia, incertum est, urbisne invisere, Caesar,
terrarumque velis curam et te maximus orbis
auctorem frugum tempestatumque potentem
accipiat, cingens materna tempora myrto,
an deus immensi venias maris ac tua nautae
numina sola colant, tibi serviat ultima Thule
teque sibi generum Tethys emat omnibus undis,
anne novum tardis sidus te mensibus addas,
qua locus Erigonen inter chelasque sequentis
panditur (ipse tibi iam bracchia contrahit ardens
scorpios et caeli iusta plus parte relinquit) —
quidquid eris (nam te nec sperant Tartara regem
nec tibi regnandi veniat tam dira cupido,
quamvis Elysios miretur Graecia campos
nec repetita sequi curet Proserpina matrem),
da facilem cursum atque audacibus adnue coeptis.

Vergilius igitur quamquam pro certo habet imperatorem ut novum deum cultum iri, tamen in dubio haesitat, utrum Augustus numerandus sit inter numina terrae an maris an siderum, quae mensibus praebent nomina; nam ut inferus deus fiat nullo modo fieri posse.

R. Reitzenstein[2]) haec verba pertinere opinatur ad deum in orientis regionibus cultum ibique *Ἀγαθὸν δαίμονα* vocatum. Qui deus a Graecis Mercurio aequatus appellatusque et *κοσμοκράτωρ* et *θαλασσοκράτωρ* et *Αἰών* et *Μήν* in terras, si Reitzensteinii sententiam sequeris, descendit ut fieret *βασιλεὺς σωτήρ*, idemque ab Horatio imploratur:

---

[1]) Anno fere 36.
[2]) Poimandres p. 284 sq.

Hor. c. I 2, 41 sqq.:

sive mutata iuvenem figura
ales in terris imitaris, almae
filius Maiae, patiens vocari
Caesaris ultor.

Sed non recte puto Reitzensteinium opinari ea, quae orientis populi animo sibi effinxerunt. apud Vergilium auctoritatem habuisse. Nam primum ea, quae de Mercurio illo traduntur, non plane respondent verbis Vergili, cum ille *Αἰών* appellatus temporum quoque deus sit, quem Vergilius non commemorat. Tum Mercurius quem dixi uno tempore et *κοσμοκράτωρ* et *θαλασσοκράτωρ* et *Αἰών* et *Μήν* appellatur, Vergilius autem imperatorem non affirmat omnes illas vires complecti, sed incertus est quos inter deos numerandus sit.

Ad eundem deum Reitzenstein pertinere putat verba Horatii modo exscripta (c. I 2, 41 sqq.), cum nec Itali nec Graeci unquam putaverint certum deum in terras descendentem speciem humanam induere et expiatione confecta in caelum redire.[1]) Augusto autem cum pro deo haberetur expiatio attribui potuit. Quam poeta non cogitaverit de Mercurio sed de Augusto ex eis versibus apparet, qui praecedunt; nam primo invocatur Apollo, custos deus Augusti, tum Venus, genetrix gentis Iuliae, deinde Mars, auctor populi Romani; quibus deis commemoratis praeparata est invocatio Augusti.[2])

Hoc ex loco non licet concludere Augustum ipsum se pro Mercurio gessisse,[3]) praesertim cum alia certa testimonia Augusti Mercurio aequati nulla prodierint;[4]) neque enim adsentiendum

---

[1]) l. c. p. 177: 'Ist es überhaupt eine italische oder griechische Vorstellung, dass ein bestimmter Gott niedersteigt, die Gestalt eines Menschen annimmt und dann nach Entsühnung der Erde zum Himmel zurückkehrt?'

[2]) Reitzenstein l. c. p. 177 adn. 1: 'Auf den Kaiser ist bereits hingedeutet, soweit dies in dem Anschauungskreise heimischen Glaubens geschehen konnte.'

[3]) H. Nissen, Orientation p. 347.

[4]) Nihil valet in quaestione urbana titulus Aegyptius, nr. 98.

est Christiano Huelsen[1]) et Ottoni Hirschfeld,[2]) qui Mercurium de Augusto accipiendum esse censuerunt in titulo Romae reperto CIL VI 30975 = Dessau 3090: *Mercurio aeterno deo I[ovi I]unoni Regin(ae) Min[ervae So]li Lunae Apol[lini Dia]nae . . . C. Caesare L. Pau[llo cos]*[3]) . . . *Zethus iussu Iovis aram Augustum posuit* (verbum *Mercurio* postea additum est). Quae opinio probabilis mihi non videtur, cum ne uno quidem in titulo imperator appellatus sit solo nomine dei nullo addito verbo imperatorem esse intellegendum indicante.

In Gallia quoque inter Mercurium et Augustum certam rationem intercedere putat O. Hirschfeld.[4]) Lugduni enim Kalendis Sextilibus sacra celebrantur Augusti et deae Romae. Qui dies cum sacer sit etiam Lugo deo Hiberno, qui in Galliam translatus et Mercurio aequatus est, Hirschfeld artificiosius quam verius coniecit Augustum Mercurio aequatum esse. Ab hac aequatione exorsus Alfredus de Domaszewski[5]) in columna Moguntiaci Iovi dedicata Maiam propterea esse positam infra Genium Augusti putavit, quod Augustus haberetur pro Mercurio. Quod etiamsi verum esset, quod coniecit Hirschfeld, parum veri simile esset, nunc plane collabitur.

A nemine igitur nisi ab Horatio Augustus Mercurio aequatus est, cum id quod putavit Adolphus Kiessling[6]), eum Pompeis Mercurii locum suscepisse refutaverit Eugenius Bormann.[7])

Ipse autem Augustus favisse videtur ei rumori qui aut Apollinis filium[8]) aut Apollinem ipsum[9]), eum appellabat. Anno 40[10]) in Apollinis habitu eum apparuisse testis est Suet. Aug. 70: *Cena quoque eius secretior in fabulis fuit, quae vulgo*

[1]) Röm. Mitt. VI 1891 p. 129 adn. 2.

[2]) Recueil de Mémoires publié par la Société des Antiquaires de France à l'occasion de son centenaire Paris 1904 p. 215.

[3]) i. e. anno p. Chr. n. 1.

[4]) l. c. p. 211 sqq.

[5]) Abhandlungen zur römischen Religion p. 146.

[6]) Philologische Untersuchungen II 1881 p. 92 adn. 37.

[7]) Wiener Eranos 1909 p. 315 sq.

[8]) Cf. infra p. 273.

[9]) Cf. Pascal, Bull. arch. com. XXII 1894 p. 59 sqq. = Stud. di antich. e mitol. Milano 1896 p. 51 sqq.

[10]) Cf. H. Heinen l. c. p. 140 sq. adn. 3.

δωδεκάθεος vocabatur: in qua deorum dearumque habitu discubuisse convivas et ipsum pro Apolline ornatum non Antoni modo epistulae singulorum nomina amarissime enumerantis exprobrant, sed et sine auctore notissimi versus:

cum primum istorum conduxit mensa choragum
sexque deos vidit Mallia sexque deas,
impia dum Phoebi Caesar mendacia ludit,
dum nova divorum cenat adulteria:
omnia se a terris tunc numina declinarunt,
fugit et auratos Iuppiter ipse thronos.

auxit cenae rumorem summa tunc in civitate penuria ac fames, adclamatumque est postridie: omne frumentum deos comedisse et Caesarem esse plane Apollinem sed Tortorem. Statuam eum in bibliotheca sibi posuisse habitu ac statu Apollinis testantur Ps. Acro ad Hor. ep. I 3, 17 et Serv. ad Verg. ecl. IV 10. Eodem loco Servius adnotat: *Quidam hoc loco „casta fave Lucina, tuus iam regnat Apollo" Octaviam sororem Augusti significari adfirmant ipsumque Augustum Apollinem.*

In hac opinione Augustus non permansit, sed posteris annis cum non permitteret, ut vivus imperator publice ut deus coleretur, in eius locum substituit et genium imperatoris, quem inter Lares compitales recepit,[1]) et imperatoris mortui religionem, qui a senatu consecratus ut divus coleretur.[2]) Quam ob rem neque Augustus neque Tiberius ut *σύνναοι* deorum fierent permiserunt; illius statuam Agrippa cum in Pantheo ponere in animo haberet, imperatore vetante in vestibulo posuit, cum Caesaris mortui simulacrum in aede ipsa collocaretur (Cass. Dio LIII 27, 3); Tiberius ut statuae ipsius ponerentur *permisit ea sola condicione, ne inter simulacra deorum sed inter ornamenta aedium ponerentur* (verba sunt Suetonii Tib. 26). Mortui autem Augusti statua in templo Martis Ultoris posita est sicut antea Caesaris mortui in templo Veneris Genetricis (Cass. Dio XLIV 7, 1; cf. Suet. Caes. 88; Serv. Buc. IX 46).

[1]) Vetustissimum exemplum occurrit anno a. Chr. n. 12: CIL VI 452. Cf. Gardthausen, Augustus und seine Zeit I p. 928 sq.

[2]) Cf. Wissowa p. 73.

In eis autem sacris, quae a tota provincia facta et ab imperatore probata sunt, ut iam vivus imperator ut deus coleretur permisit Augustus ea condicione, ut poneretur iuxta deam Romam; posteri autem imperatores illa condicione sublata soli venerationi fuerunt.[1]) Quomodo singuli homines et oppida imperatorem venerarentur cum certis legibus non esset constitutum, oppida saepe iam vivo imperatori sacra instituerunt, templa exstruxerunt.[2]) Quem cultum imperator quamquam permisit, tamen publice non probavit, neque licet concludere ex eiusmodi testimoniis imperatorem publice quoque solum ut deum cultum esse, id quod contendit W. Otto.[3]) Hoc in cultu, qui in Asiae Aegypti Graeciae oppidis imprimis occurrit, imperatores eisdem honoribus divinis afficiuntur ac reges hellenistici, qui non modo originem ducebant a certis deis, sed etiam saepe deorum nominibus appellabantur.

Caput alterum.

Hanc consuetudinem imitati poetae et adulatores cum filios deorum appellabant imperatores tum cum ipsis deis comparabant.

A deis se prognatum esse iam Alexander putavit, qui appellatus est filius et Ammonis (Arr. anab. III 3; Plut. Alex. 27; Diod. XVII 51; Curt. Ruf. IV 7, 25; Clem. Alex. Protr. IV 54 p. 42 Stählin) et Herculis et Persei (Arr. l. c.).[4]) Eius exemplum secuti Ptolemaei ab Hercule et Baccho originem ducebant (Satyrus FHG III 164, 21; cf. Meineke, Anal. Alex. p. 346), quam ob rem Ptolemaeus III Euergetes audit in monumento Adulitano CIG 5127 A = OGI 54 *ἀπόγονος τὰ μὲν ἀπὸ πατρὸς Ἡρακλέους τοῦ*

---

[1]) Cf. Wissowa p. 72. E. Beurlier, Essay sur le culte rendu aux empereurs Romains. Paris 1890 p. 99 sqq. O. Hirschfeld, Berl. Sitz.-Ber. 1888 p. 847 sqq.

[2]) Cf. Wissowa p. 71 sq. Beurlier l. c. p. 155 sqq. Hirschfeld l. c. p. 838 sqq. De oppidis Italiae cf. Heinen l. c. p. 175.

[3]) Hermae XLV 1910 p. 458 sqq. Cf. F. Blumenthal, Archiv V p. 327 adn. 1.

[4]) Cf. E. Beurlier, De divinis honoribus, quos acceperunt Alexander et successores eius. Diss. Paris 1890 p. 7 sqq.

Διός, τὰ δὲ ἀπὸ μητρὸς Διονύσου τοῦ Διός et Theocritus ad Alexandrum et Ptolemaeum II Philadelphum spectans dicit (XVII 26 sq.):

ἄμφω γὰρ πρόγονός σφιν ὁ καρτερὸς Ἡρακλείδας,
ἀμφότεροι δ' ἀριθμεῦνται ἐς ἔσχατον Ἡρακλῆα.

Seleucidae ex Apollinis progenie se natos putasse[1]) testis est et Iustinus (XV 4) et titulus Iliacus CIG 3595 = OGI 219, qui senatui populoque placuisse tradit *εὔξασθαι δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἱερεῖς καὶ ἱερείας μετὰ τοῦ ἱερέως τοῦ τοῦ βασιλέως Ἀντιόχου τῷ τε Ἀπόλλωνι τῷ ἀρχηγῷ τοῦ γένους αὐτοῦ καὶ τῇ Νίκῃ καὶ τῷ Διὶ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις.*

Ephesii ad Caesarem transtulerunt hunc modum adulandi filium Martis et Veneris eum appellantes. CIG 2957 = Ditt. Syll.² 347: [*Ἐφεσίων ἡ βουλὴ . . .*] . . . *Γάϊον Ἰούλιον Γαΐο*[*υ υἱ*]*ὸν Καίσαρα τὸν ἀρχιερέα καὶ αὐτοκράτορα καὶ τὸ δεύτερον ὕπατον τὸν ἀπὸ Ἄρεως καὶ Ἀφροδε*[*ί*]*της θεὸν ἐπιφανῆ καὶ κοινὸν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου σωτῆρα.*

Antonium, licet originem derivaverit ab Antone filio Herculis (Plut. Anton. 4. 36), in nummis quoque id indicasse persuadere mihi non possum; neque enim in nummis qui adhibentur (Cohen I p. 51 nr. 3 sq. = Babelon I p. 168 sq. nr. 32) aut Antonius pelle leonina ornatus aut pellis et clava cernuntur, id quod desiderandum erat in nummis qui ad Herculem spectarent, sed leonem vides gradientem, quem non modo non ad Herculem, sed ne ad Bacchum quidem revoco.

S. Pompeius a Neptuno prognatus esse sibi visus est (App. b. c. V 100; Cass. Dio XLVIII 19, 2; Plin. n. h. IX 16, 22; cf. Beurlier, Essay p. 10 sq.). Eiusdem dei et Veneris filius appellatus erat etiam Demetrius Poliorcetes a Duride Samio apud Athen. IV p. 253 D = FHG II p. 476 nr. 30:

ὦ τοῦ κρατίστου παῖ Ποσειδῶνος θεοῦ
χαῖρε, κἀφροδίτης.

Artam inter Pompeium et Neptunum necessitatem haud scio an nummi quoque testentur, quorum in aliis (Cohen I p. 5 sq.

[1]) Cf. Beurlier l. c. p. 86.

nr. 20 sq. = Babelon II p. 354 sq. nr. 28 sqq.) ab altera parte inscriptis *Neptuni* quamquam cernitur Pompeius Magnus additis tridente et delphino, tamen in altera legitur *Q. Nasidius,* qui cum fuerit classis S. Pompei praefectus annis 38—36, nummos hoc tempore cusos esse docet. In alio nummo (Babelon II p. 355 nr. 31) inscripto *S. Pomp.* in altera parte vides Neptunum addito tridente, in altera navem.

Augustus habitus est pro Apollinis filio, quem Atia concepisset ex dracone, cum obdormivisset in aede Apollinis (Suet. Aug. 94, 4; Cass. Dio XLV 1, 2). Quae fabula ab Alexandro Magno, qui conceptus esse dicebatur ex dracone, cuius forma indutus Ammo cum Olympiade concubuisset (Plut. Alex. 2; Dio Chrys. de regno IV 19 de Arnim; Lucianus *Ἀλέξανδρος ἢ Ψευδόμαντις* 7; Iustin. XI 11, 3. XII 16, 2), ut antea ad Scipionem Africanum (Liv. XXVI 19, 7. XXXVIII 58, 7; Gell. VI 1), ita nunc ad Augustum translata esse videtur.[1])

Augusti nepotem C. Caesarem Athenienses appellant filium Martis IG III 444 a: *[ἡ βουλὴ καὶ ὁ] δῆμος Γάϊον [Καίσαρα αὐτοκράτ]ορα Ἄρη[ος] υἱόν.*

Denique laudare oportet Domitianum, qui Minervae filium se putavit (Philostr. Apoll. Tyan. VII 24), et Commodum, qui cum Herculem se appellaret, ut Iovis filius vocaretur imperavit (Herodian. I 14, 7).

Hadrianum pro Bacchi et Herculis progenie habitum esse J. de Prott[2]) coniecit in titulo portae Nicaeensi inscripto IGR III 37: *Αὐτοκράτο[ρι Καίσαρι θεοῦ Τραϊα]νοῦ Παρ[θι]κοῦ [υἱῷ θεοῦ Νέρ]ου[α υ]ἱω[νῷ] Τραϊανῷ Ἁ[δρια]νῷ Σεβασ[τῷ] δημαρχικῆς ἐξουσίας [τὸ] η' γ. σε[. . . ἀ]πὸ [Δι]ο[ν]ύσο[υ . . .] σ[. . . ἡ πρώτη τῆς ἐπαρχείας] πό[λ]ις κατὰ τὰ κρίματα τῶν αὐτοκρατόρων.* Quod in tam incertis supplementis veri absimile est.

In poetarum libris imperatores non tam filii deorum appellantur quam cum ipsis dis comparantur. Maxime propinquum

---

[1]) Cf. Gardthausen l. c. II p. 15 sq. adn. 8.

[2]) Ath. Mitt. XXVII 1902 p. 265.

erat eos Iovis nomine appellare, quia sicut hic inter superos summum imperium obtinet, ita illi in terris imperant. Quem ad modum Augustum cum Iove comparatum esse colligitur ex locis hisce:

Hor. c. III 5, 1 sqq.:

Caelo tonantem credidimus Iovem
regnare: praesens divus habebitur
Augustus.

ibid. I 12, 57 sq.:

te minor latum reget aequus orbem,
tu gravi curru quaties Olympum.

Ovid. Metam. XV 858 sqq.:

Iuppiter arces
temperat aetherias et mundi regna triformis,
terra sub Augusto est. pater est et rector uterque.

ibid. I 204 sq.:

nec tibi grata minus pietas, Auguste, tuorum est,
quam fuit illa Iovi.

Similes sunt loci Fast. II 131 sq.; Trist. II 215 sqq. 331 sqq.; IV 4, 19 sq.

Ab eodem poeta imperator etiam ipso dei nomine appellatur et fulmina iaculans fingitur.[1])

Trist. I 1, 81:

me quoque, quae sensi, fateor Iovis arma timere.

ibid. IV 3, 69:

. . . saevis ego sum Iovis ignibus ictus.

Ex Ponto I 7, 49 sq.:

si quis
a Iove percussus non leve vulnus habet.

Cf. Trist. I 4, 25 sq. 5, 77 sq.; III 5, 7. 11, 61 sq.; V 2, 45 sq.

[1]) Cf. F. Koepp, De gigantomachiae in poëseos artisque monumentis usu. Diss. Bonnae 1883 p. 16 sqq.

Trist. V 2, 53:

parce, precor, minimamque tuo de fulmine partem
deme.

Cf. Trist. II 179.

Trist. V 3, 31:

... *audisti percussum fulmine vatem.*

ibid. I 1, 72:

venit in hoc illa fulmen ab arce caput.

Ultimo quem attuli loco vocabulum arcis accipiendum est de Palatino, sede Augusti; cum aliis locis (Metam. XV 858; Trist. IV 3, 5) poeta illo verbo utatur ad significandum caelum, sedem Iovis, hac quoque in re Augustus Iovi aequatur. Domum Iovis poeta Palatinum vocat:

Trist. III 1, 35:

'et Iovis haec' dixi 'domus est'.

Iovi aequatur Augustus his quoque versibus:

Ex Ponto II 2, 65 sq.:

Cumque serenus erit vultusque remiserit illos,
qui secum terras imperiumque movent.

Nam quae de Augusto hoc loco dicit poeta imitantur ea quae de Iove scripta videmus apud Homerum (Il. *A* 528 sqq.):

ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων·
ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

Divus Augustus audit Iuppiter:

Fast. I 649 sq.:

hanc tua constituit genetrix et rebus et ara
sola toro magni digna reperta Iovis.[1])

[1]) Non adhibendos esse puto hos versus:

Caligula teste Suetonio (Calig. 22) vocatus est *optimus maximus Caesar* et *Latiaris Iuppiter*, quibus cognominibus a Iove petitis deo aequatur.

Nero a Calpurnio poeta cum Iove comparatur:

Calp. ecl. IV 82 sqq.:

Ab Iove principium, si quis canat aethera, sumat,
si quis Atlantiaci pondus molitur Olympi:
at mihi, qui nostras praesenti numine terras
perpetuamque regit iuvenili robore pacem,
laetus et augusto felix adrideat ore.

ibid. 142 sqq.:

tu modo mutata seu Iuppiter ipse figura,
Caesar, ades seu quis superum sub imagine falsa
mortalique lates (es enim deus) . . .

Domitianus quoque a poetis aequalibus saepe vocatur Iuppiter. *Ab Iove principium* Statius dicit ad initium libri carminum spectans (Silv. I praef. 15 Vollmer), quo (c. I) equum maximum Domitiani laudat. Ei Iuppiter ut vicario suo mandavit imperium terrarum:

Stat. silv. IV 3, 128 sq.:

en! hic est deus, hunc iubet beatis
pro se Iuppiter imperare terris.

Antiqui Iovis aureumque tempus (Stat. silv. I 6, 40) rediit, *noster Iuppiter* audit imperator (Stat. silv. I 6, 27; Mart. VI 10, 9; VII 56, 4; XIV 1, 2) vel *Latius* (Mart. IX 65, 1) aut *Palatinus Tonans* (Mart. IX 39, 1). Aliis locis appellatur simplici nomine Iovis vel Tonantis

---

Prudent. contra Symm. I 249 sqq.:

testantur tituli, produnt consulta senatus
Caesareum Iovis ad speciem statuentia templum,
adiecere sacrum fieret quo Livia Iuno.

Prudentius quanto erat odio paganorum imbutus, cum de divinitate verba facere vellet, non in universum deos, sed quasi exempli loco Iovem et Iunonem attulit, qua appellatione temeritas paganorum maior videretur.

(Mart. IV 8, 11 sq.; V 6, 9; VII 99, 1; IX 24, 3. 28, 9 sq. 36, 2. 91, 6; Stat. silv. V 1, 38), semel Iovi ipsi anteponitur:

Stat. silv. IV 4, 58:

(Domitianus) *quem tibi posthabito studium est*
coluisse Tonante.

Imperatricem Iunonem vocari quis est qui miretur, praesertim cum appellatio Iuno aliis quoque locis significet coniugem; cf. Plaut. Cas. 230:

Heia, mea Iuno, non decet esse te tam tristem
tuo Iovi.

Matrimonium Ptolemaei II Philadelphi et Arsinoes comparatur *ἱερῷ γάμῳ* Iovis et Iunonis a Theocrito (XVII 131):

ὧδε καὶ ἀθανάτων ἱερὸς γάμος ἐξετελέσθη,
οὓς τέκετο κρείουσα Ῥέα βασιλῆας Ὀλύμπου.

Cf. Plut. Quaest. conv. IX 1, 2.

Quamquam haec comparatio valde propinqua erat, tamen non nisi in duabus imperatricibus, Livia et Domitia, admittitur. Illa ab Ovidio poeta deae nomine appellatur: [1])

Ex Ponto III 1, 117 sq.:

quae Veneris formam mores Iunonis habendo
sola est caelesti digna reperta toro.

ibid. III 1, 145:

cum tibi contigerit vultum Iunonis adire.

Fast. I 649 sq.:

hanc tua constituit genetrix et rebus et ara
sola toro magni digna reperta Iovis.

Domitia audit Iuno in carmine Statii:

Silv. III 4, 18:

Iuppiter Ausonius pariter Romanaque Iuno.

---

[1]) De loco Prudentiano (c. Symm. I 251) cf. supra p. 275 adn. 1.

Cum Sole comparat Neronem epigramma

Anth. Pal. IX 178:

ὡς πάρος Ἀελίου, νῦν Καίσαρος ἁ Ῥόδος εἰμὶ
νᾶσος, ἴσον δ' αὐχῶ φέγγος ἀπ' ἀμφοτέρων·
ἤδη σβεννυμέναν με νέα κατεφώτισεν ἀκτίς,
Ἅλιε, καὶ παρὰ σὸν φέγγος ἔλαμψε Νέρων.
πῶς εἴπω, τίνι μᾶλλον ὀφείλομαι; ὃς μὲν ἔδειξεν
ἐξ ἁλός, ὃς δ' ἤδη ῥύσατο δυομέναν.

Ad eiusdem dei speciem fictus erat imperator in velo, quo erat tectum theatrum tum cum Tiridates rex Romae versabatur. Cass. Dio LXIII 6, 2: *τά γε μὴν παραπετάσματα τὰ διὰ τοῦ ἀέρος διαταθέντα, ὅπως τὸν ἥλιον ἀπερύκοι, ἁλουργὰ ἦν, καὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν ἅρμα ἐλαύνων ὁ Νέρων ἐνέστικτο, πέριξ δὲ ἀστέρες χρυσοῖ ἐπέλαμπον.*

Vestae aequata est Livia ab Ovidio:

Ex Ponto IV 13, 29:

esse pudicarum te Vestam, Livia, matrum.

Nero ut erat Graecorum ludorum amans facile comparari potuit cum Apolline, neque a poetis tantum illud honoris ei tributum est, sed etiam ab equitibus Romanis, quos ut erat adulationis cupidus secum in Graeciam duxit, ut sibi plauderent et laudes tribuerent. A quibus imperatorem deorum nominibus appellatum esse testatur Tac. ann. XIV 15: (*Augustiani*) *dies ac noctes plausibus personare formam principis vocemque deum vocabulis appellantes.* Cui deo comparatus sit, intellegitur ex loco Cassii Dionis (LXI 20, 5), ubi clamatum esse traditur *ὁ καλὸς Καῖσαρ, ὁ Ἀπόλλων, ὁ Αὔγουστος, εἷς ὡς Πύθιος, μά σε, Καῖσαρ, οὐδείς σε νικᾷ.* Cum rediret Nero anno 68 ex Graecia, laetis acclamationibus eum excepit populus clamitans (Cass. Dio LXIII 20, 5) *Νέρωνι τῷ Ἡρακλεῖ· Νέρωνι τῷ Ἀπόλλωνι.*

Eodem cum deo imperatorem comparant poetae:

Carm. Einsidl. I 37:

hic Heliconis opes florent, hic vester Apollo est.

ibid. II 38:

casta, fave, Lucina: tuus iam regnat Apollo.

Calp. ecl. IV 158 sq.:

fer, Meliboee, deo mea carmina: nam tibi fas est
sacra Palatini penetralia visere Phoebi.

ibid. VII 83 sq.:

in uno
et Martis voltus et Apollinis esse probatur.

Qua in aequatione non modo intellegendus est deus quem Graeci vocant *Μουσαγέτην,* sed poetae non immemores eius opinionis, qua solis deus Apollo putabatur,[1]) propterea quoque ni fallor cum eo comparabant imperatorem, quod novam lucem terris ferre videbatur. Quam interpretationem commendant et Cassii Dionis locus modo laudatus, qui ad Solis speciem Neronem fictum esse narrat, et tituli Graeci, quos infra tractare mihi proposui, *νέον Ἥλιον* eum appellantes.

Cum Beleno sive Apolline comparatur Antinous in epigrammate Tiburtino:

CIL XIV 3535 = Buecheler, Carm. epigr. 879:

Antinoo et Beleno par aetas formaque si par,
cur non Antinous sit quoque qui Belenus?

Antinous Mercurii quoque nomine appellatur in epigrammate Romae reperto:

IG XIV add. 978 a = IGR I 55:

Ἀδριανὴ σύνοδός σε νέον θεὸν Ἑρμάωνα
στήσαμεν ἁζόμενοι τὸν καλὸν Ἀντίνοον.

Cum Venere et Luna comparatur Iulia Domna a Ps. Oppiano:

Cyneg. I 7:

Ἀσσυρίη Κυθέρεια καὶ οὐ λείπουσα Σελήνη.

---

[1]) Wernicke, P.-W. II p. 19 sqq. nr. 23.

Saepe imperatores cum semideis qui dicuntur[1]) comparantur Quirino Baccho Hercule Dioscuris non tam eo modo ut appellentur nomine unius dei, quam ita ut in numerum eorum recipiantur, quem ad modum Horatius Augustum inter eos inserit:

c. III 3, 9 sqq.:

hac arte Pollux et vagus Hercules
enisus arces attigit igneas,
quos inter Augustus recumbens
purpureo bibet ore nectar,
hac te merentem, Bacche pater, tuae
vexere tigres indocili iugum
collo trahentes, hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit.

Vergilius eundem cum Hercule et Baccho comparat in laudatione quam inseruit sexto libro Aeneidis:

Verg. Aen. VI 798 sqq.:

huius in adventum iam nunc et Caspia regna
responsis horrent divom, et Maeotia tellus
et septemgemini turbant trepida ostia Nili.
Nec vero Alcides tantum telluris obivit,
fixerit aeripedem cervam licet, aut Erymanthi
pacarit nemora et Lernam tremefecerit arcu,
nec qui pampineis victor iuga flectit habenis,
Liber agens celso Nysae de vertice tigris.

Cum Marte Polluce Baccho Hercule Domitianus comparatur hoc loco:

Stat. silv. IV 2, 46 sqq.:

non aliter gelida Rhodopes in valle recumbit
dimissis Gradivus equis, sic lubrica ponit
membra Therapnaea resolutus gymnade Pollux,
sic iacet ad Gangen Indis ululantibus Euhan,
sic gravis Alcides post horrida iussa reversus
gaudebat strato latus adclinare leoni.

---

[1]) Cf. A. Elter, Donarem pateras. Univ.-Progr. Bonn. 1907 II 1 p. 40, 40 sqq.

Licet mirum sit hoc loco Martem cum semideis componi, tamen non probanda est opinio Elteri,[1] qui Gradivum accipiendum esse contendit de Quirino; loco enim quem affert Ov. met. XIV 820 non Romulus, sed Mars audit Gradivus.

Cum Hercule Augustum comparat Horatius c. III 14, 1 sqq.:

Herculis ritu modo dictus, o plebs,
morte venalem petiisse laurum
Caesar Hispana repetit penatis
victor ab ora.

Cassius Dio in laudatione funebri, quam a Tiberio in Augusti honorem habitam fingit (LVI 36, 4 sq.), illum dicentem facit res ab Augusto gestas non posse comparari cum eis rebus, quas Alexander aut Romulus confecerint, sed Herculis tantum factis.

Semel Augustus Quirini nomine appellatur:

Verg. Georg. III 27:

victorisque arma Quirini.

Quem ad locum Servius adnotat: *Suetonius Tranquillus hoc de Augusto commemorat, quodam tempore tres partes populi consentiente senatu obtulisse ei tria nomina Quirini Augusti Caesaris. Ille ne unum eligendo alias offenderet partes, primo Quirinus est dictus, inde Caesar, post in nomine permansit Augusti.*[2] Locum Suetoni, quem affert Servius, invenis in vitae Augusti capite VII, ubi scriptor tradit Augusto inditum esse cognomen Thurini *in memoriam maiorum originis vel quod regione Thurina recens eo nato pater Octavius adversus fugitivos rem prospere gesserat.* Quam ob rem cum Servii testimonium ut ex errore ortum missum faciendum sit, unicus restat locus Vergili, qui nomen imperatori indidit propterea, quod tam bene de urbe meritus erat quam conditor Romulus, qui idem atque Quirinus esse putabatur. Augustum vocatum esse conditorem urbis testatur Suet. Aug. 7.

Nonnulli imperatores hanc divinitatis opinionem valde auxerunt ita, ut ipsi pro certis dis se gererent et in habitu

---

[1] l. c. p. 40, 41.
[2] Eadem narrat Serv. ad Aen. I 292.

eorum in publicum prodirent. Quorum primus erat Caligula, qui non satis habebat in Capitolio iuxta Iovem habitare (Cass. Dio LIX 28, 2), sed etiam simulacro Iovis Olympii capite abscisso suum ipsius caput imponere volebat (l. c. 3). Aliis quoque multis deis eum se aequavisse tradunt Cassius Dio et Philo. Cass. Dio LIX 26, 5 sq.: *ἠξίου μὲν γὰρ καὶ πρότερον ὑπὲρ ἄνθρωπον νομίζεσθαι καὶ τῇ Σελήνῃ συγγίγνεσθαι καὶ ὑπὸ τῆς Νίκης στεφανοῦσθαι ἔλεγε, Ζεύς τε εἶναι ἐπλάττετο καὶ κατὰ τοῦτο καὶ γυναιξὶν ἄλλαις τε πολλαῖς καὶ ταῖς ἀδελφαῖς μάλιστα συνεῖναι προεφασίσατο. καὶ Ποσειδῶν αὖθις, ὅτι τοσοῦτον θαλάσσης μέτρον ἔζευξε, τόν τε Ἡρακλέα τόν τε Διόνυσον τόν τε Ἀπόλλω τούς τε ἄλλους, οὐχ ὅτι τοὺς ἄρρενας ἀλλὰ καὶ τὰς θηλείας, ὑπεκρίνετο, Ἥρα τε καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἀφροδίτη πολλάκις ἐγίγνετο· πρὸς γὰρ δὴ τὴν τῶν ὀνομάτων μετάθεσιν καὶ τὸ ἄλλο σχῆμα πᾶν τὸ προσῆκόν σφισιν ἐλάμβανεν, ὥστε ἐοικέναι ἂν δοκεῖν.* Similis est locus Philonis de leg. 11: *ἤρχετο γὰρ ἐξομοιοῦν τὸ πρῶτον τοῖς λεγομένοις ἡμιθέοις ἑαυτὸν Διονύσῳ καὶ Ἡρακλεῖ καὶ Διοσκούροις· Τροφώνιον καὶ Ἀμφιάραον καὶ Ἀμφίλοχον καὶ τοὺς ὁμοίους, χρηστηρίοις αὐτοῖς καὶ ὀργίοις χλεύην τιθέμενος, κατὰ σύγκρισιν τῆς ἰδίας δυνάμεως· εἶθ᾽ ὥσπερ ἐν θεάτρῳ σκευὴν ἄλλοτε ἀλλοίαν ἐλάμβανε, τοτὲ μὲν λεοντῆν καὶ ῥόπαλον ἀμφότερα ἐπίχρυσα διακοσμούμενος εἰς Ἡρακλέα· τοτὲ δὲ πίλους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ὁπότε ἀσκοῖτο εἰς Διοσκούρους· ἔστι δὲ ὅτε κιττῷ καὶ θυρσῷ καὶ νεβρίσιν εἰς Διόνυσον ἠσκεῖτο.* ibid. 13: *Τοσαύτη δέ τις περὶ αὐτὸν ἦν λύττα καὶ παράφορος καὶ παράκοπος μανία, ὥστε καὶ τοὺς ἡμιθέους ὑπερβὰς ἐπανῄει καὶ ἐπανεδύετο τοῖς τῶν μειζόνων καὶ ἀμφιθαλῶν εἶναι δοκούντων σεβασμοῖς, Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος καὶ Ἄρεως, Ἑρμοῦ τὸ πρῶτον κηρυκείοις καὶ πεδίλοις καὶ χλαμύσιν ἐνσκευαζόμενος, τάξιν τε ἐν ἀταξίᾳ καὶ τὸ ἀκόλουθον ἐν συγχύσει καὶ λογισμὸν ἐν φρενοβλαβείᾳ παρεπιδεικνύμενος· εἶτα ὁπότε δόξειεν αὐτῷ τὰ μὲν ἀπετίθετο, εἰς δὲ Ἀπόλλωνα μετεμορφοῦτο καὶ μετεσκευάζετο, στεφάνοις μὲν ἀκτινοειδέσι τὴν κεφαλὴν ἀναδούμενος, τόξον δὲ τῇ εὐωνύμῳ καὶ βέλη κρατῶν χειρί, χάριτας δὲ τῇ δεξιᾷ προτείνων, ὡς δέον τὰ μὲν ἀγαθὰ ὀρέγειν ἐξ ἑτοίμου καὶ τετάχθαι τὴν βελτίονα τάξιν τὴν ἐπὶ δεξιά· τὰς δὲ κολάσεις ὑποστέλλειν*

καὶ τὴν καταδεεστέραν χώραν κεκληρῶσθαι τὴν ἐπ' εὐώνυμα· χοροί τε εὐθὺς εἱστήκεσαν συγκεκροτημένοι, παιᾶνας εἰς αὐτὸν ᾄδοντες οἱ πρὸ μικροῦ Βάκχον καὶ Εὐήϊον καὶ Λυαῖον ὀνομάζοντες καὶ ὕμνοις γεραίροντες, ἡνίκα τὴν Διονυσιακὴν ἀνελάμβανε σκευήν· πολλάκις δὲ καὶ θώρακα ἐνδυόμενος ξιφήρης προῄει μετὰ κράνους καὶ ἀσπίδος Ἄρης ἀνακαλούμενος, καὶ παρ' ἑκάτερα οἱ Ἄρεως τοῦ καινοῦ καὶ νέου θεραπευταὶ συμπροῄεσαν, ἀνδροφόνων καὶ δημοκοίνων θίασος, ὑπηρετήσαντες κακὰς ὑπηρεσίας φονῶντι καὶ διψῶντι ἀνθρωπείου αἵματος. Quantopere omnes hae aequationes ratione careant vel inde apparet, quod non modo deis sed etiam deabus se aequavit Caligula. Si cum eo conferimus Neronem, huius temeritas non tanta videtur, cum non nisi certis de causis deorum nomina sibi indiderit, Suet. Nero. 53: *Destinaverat etiam, quia Apollinem cantu Solem aurigando aequiperare existimaretur, imitari et Herculis facta; praeparatumque leonem aiunt, quem vel clava vel bracchiorum nexibus in amphitheatri harena spectante populo nudus elideret.*

Hercules sibi visus est etiam Domitianus; nam teste Martiale (XI 64. 65. 101) illius dei simulacrum, quod positum erat in templo tunc ad viam Appiam exstructo, vultum habebat Domitiani, quod quin factum sit imperatore auctore vix est dubium.

Commodus quoque ut Herculis cultum fovit,[1]) ita ipse se Herculem Romanum appellavit[2]), cuius rei testes sunt cum Cassius Dio qui dicit (LXXII 15, 2) ἑαυτῷ δὲ ἄλλας τε παμπόλλας ἐπωνυμίας καὶ τὴν Ἡρακλέους ἀπήνεγκε et Herodianus (I 14, 7 Ἡρακλέα τε καὶ Διὸς υἱὸν αὐτὸν κελεύσας καλεῖσθαι) tum vita, quae in libro scriptorum historiae Augustae traditur (8, 5. 9). Quam qui scripsit excerpsisse ea quae tradit ex libro Commodi ipsius temporibus conscripto neque vero a Cassio Dione pendente multis testimoniis allatis probavit I. M. Heer.[3]) Commodus cum non satis haberet appellari Herculem, ut esse quoque se illum deum demonstraret, non modo ad eius speciem se fingi iussit, sed etiam stolido quodam et crudeli modo Herculis facta imitatus

---

[1]) Cf. I. M. Heer, Philologus Suppl. IX p. 54. 94.
[2]) Cf. R. Peter apud Roscherum I 2987 sq.
[3]) l. c. p. 130 sqq.

est progressus ultra consuetudinem Caligulae et Neronis, qui non solum certis dis se aequabant, sed etiam in illorum habitu apparere solebant. Commodus *clava non solum leones in veste muliebri et pelle leonina, sed etiam homines multos adflixit* (vita 9, 6; cf. Cass. Dio LXXII 20, 3); in amphitheatro potavit ex poculo sicut clava formato (Cass. Dio LXXII 18, 2); eos qui in theatro aderant sagittis necare volebat quasi aves Stymphalicas (Cass. Dio LXXII 20, 2). Appellationem Herculis Romani receptam esse inter cognomina imperatoris tres docent loci: vit. 8, 1 sqq.: *Commodus . . . appellatus est Pius . . . appellatus est Felix . . . appellatus est Britannicus . . . appellatus est Romanus Hercules.* Quibus ex nominibus eodem modo enumeratis apparet nomen Herculis Romani non differre a nominibus Pii Feliciis Britannici; id quod docet etiam titulus CIL XIV 3449 = Dessau 400 (Treba Augusta) : *Imp. Caes. L. Aelio Aurelio Commodo Augusto Sa[rmatico] Germanico maximo Brittannico [p]aca[t]or[i] orbis Felici Invicto Romano Herculi pontifici maximo tribuniciae potestatis X[V]III imp. VIII cos. VII patri patriae omnium virtutum exsuperant(issimo) ordo decurionum Commodianor(um) IIIC C. Papi Capitonis [et L.] Volcei Max.* Tertius testis est epistula ab imperatore ad senatum data, cuius initium scriptum videmus in libro Cassii Dionis (LXXII 15, 5): *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Αἴλιος Αὐρήλιος Κόμμοδος Αὔγουστος Εὐσεβὴς Εὐτυχὴς Σαρματικὸς Γερμανικὸς μέγιστος Βρεττανικὸς, εἰρηνοποιὸς τῆς οἰκουμένης ἀνίκητος, Ῥωμαῖος Ἡρακλῆς, ἀρχιερεύς, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ὀκτωκαιδέκατον, αὐτοκράτωρ τὸ ὄγδοον, ὕπατος τὸ ἕβδομον, πατὴρ πατρίδος ὑπάτοις στρατηγοῖς δημαρχικοῖς γερουσίᾳ Κομμοδιανῇ εὐτυχεῖ χαίρειν.* Quibus cum testimoniis conveniunt nummi; in eis qui tribunicia potestate XVI cusi sunt, Commodus fingitur ad speciem Herculis appellatus Hercules Commodianus:

Cohen III p. 250 nr. 176 sqq.:

Herc. Commodiano p. m. tr. p. XVI imp. VIII cos. VI.

Tribunicia potestate XVIII, i. e. inde a X die mensis decembris anni 191 usque ad mortem, quem obiit Kalendis Ianuariis insequentis anni, cusi sunt nummi et aurei et argentei et aenei (Cohen III p. 251 nr. 181 sqq.), qui ab altera parte inscripti sunt

L. Ael. Aurel. Comm. Aug. P. Fel. (Commodus pelle leonina ornatus)

ab altera aut (nr. 181 sqq.):

Herc. Rom. cond. cos. VII p. p. (Commodus ad Herculis speciem fictus)

aut (nr. 187):

Herculi Commodo Aug. (clava)

aut (nr. 188 sqq.):

Herculi Romano Augusto (arcus, clava, pharetra aut clava sola aut Hercules aut Commodus in habitu Herculis)

Simillimi sunt nummi qui inveniuntur in Cat. Brit. Mus. Rom. Med. p. 28 sq. nr. 37 sqq.

Cognomen quamquam tantulum temporis ante mortem sibi imposuit Commodus,[1]) tamen per totum imperium pervulgatum esse testantur nummi hi:

Alexandria: Cat. Brit. Mus. Alex. p. 176 nr. 1411:

A.: *Α. Αἰλ. Αὐρ. Κομ. Εὐσε. Σε. Εὐτυ.*
R.: *Ῥωμαίων Ἡρακλέα* (Commodus in habitu Herculis)

Cyzicus: Cat. Brit. Mus. Mysia p. 51 nr. 237 sq.:

Αὐτ. Και. Λ. Αἰ. Αὐ. Κόμμοδος Ἀντ. Σεβ. Εὐσ. Ῥωμαῖος Ἡρακλῆς (Commodus pelle leonina ornatus).

Imh.-Bl., Gr. M. 170:

Αὐ. Και. Λ. Αὐ. Κόμμοδος Εὐ. Ῥωμ. Ἡρακλῆς (caput Commodi laureatum).

Iuliopolis: Cat. Brit. Mus. Bithyn. p. 149 nr. 2 sqq.:

Ἀ. Κ. Λ. Αἰλ. Αὐρ. Κομ. Ἡρακλῆς Ῥωμ. (caput Commodi).

Commodum Herculi aequatum inter publicos deos receptum esse inde apparet, quod senatus eum illo nomine vocavit et deum appellavit.[2]) Cuius rei testis est non solum vita quam laudavi

[1]) Cf. I. M. Heer l. c. p. 93 sq.

[2]) Cf. Wissowa p. 341. — Unicum praeterea exemplum vivi imperatoris inter deos publicos recepti commemorat Tacitus, qui ex

(8, 9), sed etiam nummi aenei ex senatus consulto cusi, qui idem cognomen imperatori indunt. Cohen III p. 251 sqq. nr. 182 sqq. 192 sq. 197 sqq. 203 sqq. Commodo immolatum esse ut deo eumque flaminem Herculaneum Commodianum sibi paravisse testatur vita (9, 2. 17, 11).

Cognomen Herculis Romani transiit ad Caracallam in uno nummo Sagalasseno. Cat. Brit. Mus. Pisidia p. 243 nr. 18. [*Ἡρακλῆς*] *Ῥωμαῖος*. In nummo cernitur imago Caracallae pelle leonis ornati.

Commodum etiam Mercurium se appellavisse narrat Cassius Dio (LXXII 17, 3. 19, 4).

Denique tangere oportet Elagabalum, de quo traduntur haec in vita eius 28, 2: *iunxit sibi et leones Matrem magnam se appellans, iunxit et tigres Liberum sese vocans eodemque habitu agens, quo dii pinguntur, quos imitabatur.*

Caput tertium.

Quoniam omnes congessi et poetarum locos, qui imperatores cum deis comparaverunt, et testimonia scriptorum, qui imperatores ipsos deis se aequavisse tradunt, nunc animus advertendus est ad Graecos, qui cum imperatores deos ipsos esse putarent, certis deis eos non tam comparabant quam aequabant. Tres sunt rationes harum aequationum; nam aut nominibus imperatorum nomen dei addita epiclesi adiungitur, aut imperator ut novus deus celebratur, aut ut *σύνναος* in cultum dei recipitur, cuius epiclesis ad eum transfertur.

Prima ratione iam Seleucus I a filio consecratus est sub nomine *Διὸς Νικάτορος.*[1]) CIG 4458 (Seleucia) *ἱερεῖς . . . Σελεύκου Διὸς Νικάτορος καὶ Ἀντιόχου Ἀπόλλωνος Σωτῆρος*; cf. App. Syr. 63 *Σέλευκον μὲν ἔκαιε Φιλέταιρος . . . ἐν Σελευκείᾳ τῇ πρὸς θαλάσσῃ . . . . νεὼν αὐτῷ ἐπέστησε καὶ τέμενος περιέθηκε· καὶ τὸ τέμενος Νικατόρειον ἐπικλῇζεται.*

senatus consulto Neronis effigiem pari magnitudine ac Martis Ultoris eodem in templo positam esse narrat (ann. XIII 8). Nero igitur *σύνναος* dei factus et ipse inter deos receptus est.

[1]) Cf. Beurlier, De div. hon. p. 87.

Cum ei imprimis imperatores summis honoribus afficerentur, qui aut de toto imperio aut de Graecis bene meruerant, fieri non potuit quin et Romani et Graeci, quo erant amore libertatis imbuti, eos maxime imperatores divinis cognominibus ornarent, qui libertatem populi augere visi sunt. Qua ratione Caesar appellatus est Liberator Libertatique publicae aedem exstruere in animo habebat senatus (Cass. Dio XLIII 44, 1). Augusto cum bellis civilibus confectis pacem orbi terrarum composuisset neque libertatem minuisset, Aegyptii, qui Antonii et Cleopatrae imperio liberati erant,[1] divinis honoribus oblatis, sicut moris erat illis regionibus, gratias egerunt eum Iovem Eleutherium appellantes. Quo cum deo imperator primum comparatur in duobus epigrammatis, quorum alterum quo tempore sit conscriptum parum constat.

Revue de philologie XIX 1895 p. 177 sq.:

Ἄκτιον ἀμ[φιέπων, ἄνα ν]αυμάχε, Κ(αί)σαρος ἔργων
μνῆμα κ(αὶ) ε[ὐτυ]χέων μαρτυρίη καμάτων,
αἰῶνος σ[τό]μασιν βεβοημένε· σοὶ γὰρ Ἄρηος
π[νεύμα]τα καὶ σακέων ἐστόρεσεν πάταγον·
εἰρήνης †μόχθους εὐώπιδος ἔνθα κλαδεύσας
γῆν ἐπὶ Νειλῶτιν νίσεο γηθαλέος
εὐνο[μίης] φόρτοισι καὶ εὐθενίης βαθυπλούτου
βρι[θό]μενος βύζην, Ζεὺς ἅτ' Ἐλευθέριος.
δωροφόροις δὲ χέρεσσιν ἐδέξατο Νεῖλος ἄνακτα
κ(αὶ) δάμαρ ἡ χρυσέοις πήχεσι λουομένη
ἀπτόλεμον καὶ ἄδηριν Ἐλευθερίου Διὸς ὄμβρον·
ἀτρεκὲς ἐσβέσθη δ' οὔνομα †κ(αὶ) πολέμων·
χαῖρε, μάκαρ Λευκᾶτα Διὸς [Κρον]ίδαο, Σεβαστοῦ
νικ(αί)ων ἔργων ἓν πρυτάνευμα καλόν.

Alterum epigramma anno a. Chr. n. 7 vel 4 compositum in Philis insula exstat.

CIG 4923 = IGR I 1295 = Kaibel, Epigr. Gr. 978:

Καίσαρι παντομέδοντι καὶ ἀπείρων κρατέοντι
Ζανὶ τῷ ἐκ Ζανὸς πατρὸς Ἐλευθερίῳ,
δεσπότα Εὐρώπας τε καὶ Ἀσιδος, ἄστρῳ ἁπάσας
Ἑλλάδος, ὃς (σ)ωτ[ὴ]ρ Ζεὺ[ς ἀ]ν[έ]τ[ειλε] μέγας.

[1]) Cf. F. Blumenthal l. c. p. 330.

Appellationem postea inter cognomina imperatoris receptam et per totam Aegyptum publice ei inditam esse inde efficitur, quod cum in omnibus titulis qui Augustum commemorant tum in iuribus iurandis per illum datis occurrit.[1]) Testimonia sunt haec:

nr. 1 = CIG 4715 = IGR I 1163 = OGI 659 Tentyris:

ὑπὲρ Αὐτοκράτορος Καίσαρος θεοῦ υἱοῦ Διὸς Ἐλευθερίου Σεβαστοῦ . . . οἱ ἀπὸ τῆς μητροπόλεως καὶ τοῦ νομοῦ τὸ πρόπυλον Ἴσιδι θεᾷ μεγίστῃ καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς ἔτους λα΄ Καίσαρος θωῢθ θ΄ Σεβαστῇ.

Titulus incisus est anno p. Chr. n. 1. Duobus annis post scriptus est titulus

nr. 2 = IGR I 1117 in Socnopaei insula?

ὑπὲρ Αὐτοκράτορος Καίσαρος θεο[ῦ] υἱοῦ Δι[ὸς] Ἐλευθερίο[υ] Σεβαστοῦ Ποπλίου Ὀκταουίου ὄντος ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου τὸ πλῆθος τῶν ἀπὸ τοῦ Ἀρσινοείτου καθαρουργῶν καὶ πλακουντοποιῶν Ἡρακλείδην Σοχώτου προστάτην τοῦ λβ΄ ἔτους Καίσαρος στήλην καὶ ε[ἰ]κόνα [λιθίν]ην διὰ βίου, ἔτους λβ΄ Καίσαρος Μεχὶρ κέ.

Eisdem annis 1—3, cum P. Octavius praefectus Aegypti erat, scriptus est alius titulus ex loco incerto petitus

nr. 3 = IGR I 1322:

ὑπὲρ Αὐτοκράτορος Καίσαρος θεοῦ υἱοῦ Διὸς Ἐλευθε[ρ]ίο[υ] Σεβαστοῦ ἐφ᾽ ἡγεμόνι Ποπλίου Ὀκταυίου ἐποίησαν [π]αστοφό[ρ]ο[ι] (reliqua incerta).

Quamquam quando conscriptus sit titulus

nr. 4 = IGR I 1206 Thebae:

Καίσαρα Αὐτοκράτορα θεοῦ υἱὸν Δία Ἐλευθέριον Σεβαστόν

non constat, tamen id quod Cagnat adnotat: „Divus Augustus sic in Aegypto appellatus est“ non verum esse docent tituli quos modo laudavi.

[1]) Cf. Blumenthal l. c. p. 329 sqq.

In iure iurando cognomen primum occurrit in papyro ex Socnopaei insula petita et annis 5/6 p. Chr. conscripta

nr. 5 = CPR I 224:

ὀμνύω [. . .] Αὐτοκράτορα θεοῦ υἱὸν Δία Ἐλευθέριον.

In iuribus iurandis cognomen etiam Augusto mortuo non omissum esse docet papyrus Ox. Pap. II 253, in qua ius iurandum datur per Tiberium, qui audit *νέος Σεβαστὸς θεοῦ Διὸς Ἐλευθερίου Σεβαστοῦ υἱός.* Neque aliter supplendam esse aliam papyrum (Ox. Pap. II 240) veri simillimum est.

Eodem cognomine Augustus appellatur in oppido Cys (Cariae):

nr. 6 = Bull. corr. hell. XI 1887 p. 306 nr. 1, 6:

ἱερεὺς τοῦ θεοῦ Σεβαστοῦ καὶ ἀρχηγέτου τῆς πόλεως Διὸς Ἐλευθερίου.

Quin imperator ipse nomine Iovis Eleutherii sit appellatus, vix dubitari potest; „nam si duorum deorum, Augusti et Iovis, sacerdotia significarentur, certe ante *ἀρχηγέτου* articulus repetendus fuit“ (W. Dittenberger ad OGI 427).

Nero quoque cum Graecos libertate donavisset, nomine Iovis Eleutherii vocatus est. Titulus in lucem prodiit Acraephiae Boeotiae, ex quo perspicimus quomodo facta sit aequatio:

nr. 7 = IG VII 2713 = Ditt. Syll.² 376 = Dessau 8794:

ἐπειδὴ ὁ τοῦ παντὸς κόσμου κύριος Νέρων αὐτοκράτωρ μέγιστος δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ τρισκαιδέκατον ἀποδεδειγμένος πατὴρ πατρίδος νέος Ἥλιος ἐπιλάμψας τοῖς Ἕλλησιν προειρημένος εὐεργετεῖν τὴν Ἑλλάδα ἀμειβόμενος δὲ καὶ εὐσεβῶν τοὺς θεοὺς ἡμῶν παριστανομένους αὐτῷ πάντοτε ἐπὶ προνοίᾳ καὶ σωτηρίᾳ, τὴν ἀπὸ παντὸς τοῦ αἰῶνος αὐθιγενῆ καὶ αὐτόχθονα ἐλευθερίαν πρότερον ἀφαιρεθεῖσαν τῶν Ἑλλήνων εἷς καὶ μόνος τῶν ἀπ' αἰῶνος αὐτοκράτωρ μέγιστος φιλέλλην γενόμενος [Νέρων] Ζεὺς Ἐλευθέριος ἔδωκεν ἐχαρίσατο ἀποκατέστησεν εἰς τὴν ἀρχαιότητα τῆς αὐτονομίας καὶ ἐλευθερίας, προσθεὶς τῇ μεγάλῃ καὶ ἀπροσδοκήτῳ δωρεᾷ καὶ ἀνεισφορίαν,

ἣν οὐδεὶς τῶν πρότερον Σεβαστῶν ὁλοτελῆ ἔδωκεν· δι' ἃ δὴ πάντα δεδογμένον εἶναι τοῖς τε ἄρχουσι καὶ συνέδροις καὶ τῷ δήμῳ καθιερῶσαι μὲν κατὰ τὸ παρὸν τὸν πρὸς τῷ Διὶ τῷ Σωτῆρι βωμόν, ἐπιγράφοντας 'Διὶ Ἐλευθερίῳ [Νέρων]ι εἰς αἰῶνα', καὶ ἀγάλματα ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πτωΐου συγκαθειδρύοντας τοῖς [ἡμῶν] πατρίοις θεοῖς [Νέρωνος] Διὸς Ἐλευθερίου καὶ θεᾶς Σεβαστῆς [Ποππαίας?] . . .

Hoc ex decreto plane perspicitur propter Graeciam libertate donatam cognomen ut novum imperatori inditum neque eum inter sacra vetera receptum esse, cum Iovem Eleutherium Acraephiae sacra non habuisse ex ipso titulo appareat. Nam si ille deus in oppido esset cultus, certe ad eius templum Neroni esset posita ara neque ad Iovis Soteris.

Eodem cognomine Nero ornatur Sicyone, ubi cusi sunt nummi quidam, quos Mionnet attribuit Magnesiae ad Sipylum, Sicyonios esse probavit F. Imhoof-Blumer, Lyd. St. p. 88.

nr. 8 = Mionnet suppl. VII p. 377 nr. 278 sqq.:

Νέ[ρων] Καῖ[σαρ] Ζεὺς Ἐλευθέριος (Neronis caput laureatum.)

Iovi Eleutherio Athenis aequatus est Domitianus.

nr. 9 = IG III 1091:

ἐπὶ Αὐτοκράτορος Καίσαρος θεοῦ Οὐεσπασιανοῦ υἱοῦ Δομετιανοῦ Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ Διὸς Ἐλευθερίου ἄρχοντος . . .

Idem cognomen Domitiano inditur in titulo Delphico

nr. 10 = Bull. corr. hell. XXX 1906 p. 314:

ἐ]πὶ Α[ὐ]τοκράτορο[ς] Καίσαρο[ς Σεβ]αστοῦ Δ[ομ]ιτιανοῦ Γερμανικοῦ Διὸς Ἐλευθε[ρ]ίου ἄρχοντο[ς ἐ]ν Ἀθήναις οἵδε ἦλθον θύσοντες . . . ὁ κῆρυξ Ἀπόλλωνος Πυθίου καὶ ἱερεὺς Ἑρμοῦ Πατρῴου . . . Μαραθώνιος . . . [ἐ]πὶ [ἱερέω]ς ἐν [Ἀ]θήναι[ς Ἀπόλλων]ος Πυθίου Ἱππάρχου . . . ἐν [Δελφοῖς δὲ Ε]ὐθυδάμου . . .

Quem titulum pro testimonio Attico habere licet, cum sit positus ab hominibus Atticis.

Eodem cognomine Hadrianus appellatur in Lesbo insula.

nr. 11 = IG XII 2, 184 = IGR IV 84:

Αὐτοκράτορι Τραϊανῷ Ἁδριανῷ Καίσαρι Σεβαστῷ Ἐλευθερίῳ Ὀλυμπί[ῳ] κτίστ[ῃ] Διὶ χαριστήριον.

Aliis in titulis nomen Iovis omittitur:

nr. 12 = IG XII 2, 156 = IGR IV 62:

Αὐτοκράτορι Καίσαρι Σεβαστῷ Ἐλε[υθερίῳ].

Hunc titulum ad Hadrianum pertinere veri simillimum est, cum nullus alius imperator in Lesbo insula audiat Eleutherius; cf.

nr. 13 = IG XII 2, 185:

Αὐτοκράτορι Καίσαρι Τραϊανῷ Ἁδριανῷ Σεβαστῷ Ἐλευθερίῳ Ὀλυμπίῳ σωτῆρι καὶ κτίστῃ χαριστήριον.

Simillimae sunt inscriptiones IG XII 2, 191 sqq., sed omittuntur verba *καὶ κτίστῃ* aut *σωτῆρι καὶ κτίστῃ*.

Hoc in numero habendus est titulus, qui quamquam Tomis est repertus, tamen titulorum Lesbiorum tam similis est, ut eum ab homine Lesbio positum esse putare liceat:

nr. 14 = IGR I 607:

Αὐτοκράτορι Καίσαρι [. . .]α⟨ι⟩νῷ Σεβαστῷ Ἐλευθερίῳ Ὀλυμπίῳ σωτῆρι χαριστήριον.

(qui titulus fugit Wilhelmum Weber, Untersuchungen zur Geschichte des Kaisers Hadrian. Leipzig 1897 p. 136 adn. 488 [1])).

Iam ante tempora imperatorum Romanorum Lesbi homo aequatus est Iovi Eleutherio, Theophanes rerum gestarum scriptor, familiaris Pompei. IG XII 2, 163 *θ]έῳ Δί[ι Ἐλευθε]ρίῳ Φιλοπάτριδι Θεοφάνῃ.* De eodem dicit Tacitus (ann. VI 18): *defuncto Theophani caelestes honores Graeca adulatio tribuerat.*

[1]) Id quod W. Weber in eadem adnotatione contendit, Nervam quoque appellatum esse Eleutherium, per errorem scriptum est, cum quem affert loco (B. Pick, Zeitschr. f. Numism. XVII 1890 p. 180 sq.) non agatur de Nerva, sed de Nerone.

In nummis audit *θεὸς Θεοφάνης* (Cat. Brit. Mus. Lesbos p. 198 nr. 158 sqq.).

Antoninum Pium Spartae nomine Iovis Eleutherii appellatum esse hi testantur tituli.

nr. 15 = CIG 1313 sq. = Le Bas II 189 sqq.:

Ζανὶ Ἐλευθερίῳ Ἀντωνείνῳ σωτῆρι.

nr. 16 = Le Bas II 192:

Ζανὶ Ἐλευθερίῳ καὶ Ὀλυμπίῳ Ἀντωνείνῳ σωτῆρι.

Adiciendus est titulus Atheniensis:

nr. 17 = IG III 527:

Ζανὶ Ἐλευθερίῳ Ἀντωνείνῳ σωτῆρι.

Hunc titulum ad verbum cum prioribus congruentem, cum sermo eum non a cive Atheniensi scriptum esse doceat, veri simile est positum esse a Lacedaemonio viro Athenis habitante. Cognomen ab Hadriano ad Antoninum Pium translatum esse opinatur W. Weber,[1] neque tamen ei assentiri possum, cum Hadrianus audiat *Ζεὺς Ἐλευθέριος* non nisi Athenis et Lesbi, Antoninus Spartae, ubi cum *Δία Ἐλευθέριον* ex antiquissimis temporibus cultum esse testetur titulus IGA 49a add. *Διοικέτα Διωλευθερί[ῳ]*, cognomen Antonino inditum esse potest nulla Hadriani ratione habita.

Nomine Iovis Olympii Augustus appellatur in quattuor titulis Lesbi repertis, ex quibus Tiberii aetati attribuendi sunt hi:

nr. 18 = IG XII 2, 206 = IGR IV 72:

ὁ δᾶμος Αὐτοκράτορα Τιβέριον Καίσαρα Σέβαστον παῖδα Δίος Καίσαρος Ὀλυμπίω Σεβάστω.

nr. 19 = IG XI 2, 540 = IGR IV 11:

Γερμάνικον Κλα[ύδιον Καίσαρα Α]ὐτοκράτορος (rasura) *[Τιβερίω Καίσαρος] Σεβάστω παῖδα, παιδόπ[αιδα δὲ Δί]ος Καίσαρος Ὀλ[υ]μπίω [Σεβάστω τὸν] εὐεργέταν.*

---

[1] l. c. p. 136 adn. 488.

Sic suppleo titulum, cum Augusti cognomina semper hoc ordine ponantur: *Ζεὺς Καῖσαρ Ὀλύμπιος*. Hoc in titulo nomen Iovis quod desideramus si non certe attamen probabiliter restituitur, cum id quod proponit Paton *παιδόπ[αιδα δὲ Αὐτοκράτορ]ος* spatium excedat. Quamquam nostris supplementis hiatus non plane expletur, tamen minus offensionis habent quam Patonis. Idem titulum in indice revocat ad Claudium, per errorem opinor; nam cum Claudius non sit filius Tiberii, si titulus ad eum esset referendus, non recte esset suppletus. Pertinere oportet inscriptionem ad Germanicum quendam, filium Caesaris cuiusdam Augusti, nepotem *Καίσαρος Ὀλυμπίω*. Cum nullus imperator in Lesbo insula appelletur *Ὀλύμπιος* nisi Augustus et Hadrianus, cuius nomen, si in titulo esset laudatus, deesse non potuit, intellegendus est Augustus, ad cuius nepotem Germanicum Caesarem pertinet titulus. Quamquam Tiberium appellari Augustum minime offendit, cum eodem cognomine ornetur in titulis Lesbiis IG XII 2, 206. 539, tamen memorabilis est appellatio Claudii Germanico indita, quae alio loco quantum video non invenitur.

nr. 20 = IG XII 2, 209 = IGR IV 76:

Γάϊον Καίσαρα] Σέβαστον Αὐτοκράτ[ορα
Γερ]μάνικον
πάτερα πάτριδ]ος Δίης ὁ ἴρευς[. . .
καὶ ἀγ]ωνοθέτας Αὐτ[οκράτο-
ρος Δίος Καίσαρ]ος Ὀλυμπί[ω Σεβάστω]

(in ultimo versu Paton legit *Καίσαρος Δί]ος*; ego titulos nr. 18 et 21 sequor).

Huius tituli finis etsi certo iudicio ad Augustum referri nequit, tamen titulum illo mortuo scriptum esse inde efficitur, quod in initio laudatur alius imperator Germanici cognomine praeditus.

nr. 21 = IG XII 2, 656:

ἀρχίρεως διὰ βίου θέας Ῥώμης καὶ τῶ Σεβάστω Δίος Καίσαρος Ὀλυμπίω πάτρος τᾶς πάτριδος.

Qui titulus, cum Augustus audiat pater patriae, exaratus est post annum 2 a. Chr. n.; neque tamen ante annum 14 eum scriptum esse recte Patoni visum est, propterea opinor, quod mortuus

imperator non appelletur pater patriae. Quod non recte se habere duo docent tituli, quorum alter exstat in vico Oedemisch Asiae, Jahresh. öst. Inst. XI 1908 p. 103 *ἀγων[οθέτου θεᾶς Ῥώμης κα]ὶ θεοῦ Σεβαστοῦ Κα[ίσαρος θεοῦ υἱ]οῦ αὐτοκράτορος καὶ ἀρχιερέως [μεγ]ίστου πατρὸς τῆς πατρίδος καὶ τοῦ σύμπαντος τῶν ἀνθρώπων γένους* . . . Quem titulum conscriptum esse Tiberio imperante ex his apparet verbis insequentibus *τῇ ἱερωτ[άτῃ τοῦ Σεβα]στοῦ Τιβερίου Καίσαρος [γενεθλίῳ ἡ]μέρᾳ.* Alter titulus petitus est Olbia Sarmatiae CIG 2087 = Inscr. Pont. Eux. I 102 *Αὐτοκράτορι Καίσαρι θεῷ θεοῦ υἱῷ Σεβαστῷ ἀρχιερεῖ μεγίστῳ πατρὶ πατρίδος καὶ Αὐτοκράτορι Σεβαστῷ θεοῦ υἱῷ Τιβερίῳ Καίσαρι καὶ τῷ δήμῳ Ἄβαβος Καλλισθένους ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκεν τὴν στοάν.* Cum his in titulis appellatio patris patriae mortuo quoque Augusto indatur, nihil impedit quominus nostrum quoque titulum temporibus, quae erant post imperatoris mortem, attribuamus.[1]) Cui opinationi favent et alii tituli (nr. 18 sqq.), quos Augusto mortuo scriptos esse demonstravi, et C. Claudius Diaphenes in titulo obvius, cuius pater Potamo Caesaris et Augusti temporibus vigebat; cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 92 nr. 675.

Hermionae repertus est hic titulus ad Traianum pertinens:

nr. 22 = IG IV 701:

> . . . *Κ]αίσαρα θεὸν θεο[ῦ] Σεβαστὸν Γερμανικὸν Δακικὸν Δία Ἐμβατήριον ἡ πόλις.*

Titulus positus est inter annum 103, quo Traianus appellatus est Dacicus,[2]) et 116, quo vocatus est Parthicus.[3])

Cognomen *Ἐμβατήριος* quamquam nullo alio loco occurrit, tamen sine dubio usurpatum est pro deo, cui antequam navigatur offeruntur *ἐμβατήρια*[4]) et cuius in tutela ei sunt, qui navi vehuntur, sicut interpretandus est *Ἀπόλλων Ἐμβάσιος.*[5]) Cur Traianus hoc cognomine sit appellatus non perspicio, neque

---

[1]) Cf. U. de Wilamowitz, Berl. Sitz. Ber. 1911 p. 813.
[2]) Cass. Dio LXVIII 10, 2.
[3]) ibid. 28, 2.
[4]) Jessen, P.-W. V 2487.
[5]) Jessen l. c. 2485.

tamen dubitandum puto, quin certa causa subsit, cum non sit veri simile neque ullo exemplo firmetur imperatorem sine certa causa deo aequari, qui tam definitum habeat officium. Quae opinatio praeferenda videtur alteri imperatorem *σύνναον* Iovis Embaterii factum esse.

Ζεὺς Βουλαῖος appellatur Germanicus in Thera insula.

nr. 23 = IG XII 3, 1393 = Dessau 8790a:

Δία Βου]λαῖον Γερμανικὸν Καίσαρα.

Recte hunc titulum suppletum esse constat ex altero eiusdem monumentorum ordinis:

nr. 24 = IG XII 3, 1392 = Dessau 8790b:

Ἑστίαν Βουλαίαν Ἀγριππῖναν τὰν ματέρα Γαΐου Καίσαρος Σεβαστοῦ ὁ δᾶμος.

Indidem petita est inscriptio ad Vespasianum pertinens IG XII 3, 1394. Tituli erant subscripti statuis uno ordine in theatro positis; inter formas litterarum nihil discriminis intercedit, unde apparet non ante Vespasiani tempora titulos positos et Germanicum Agrippinamque post mortem divinis cognominibus appellatos esse.

Eadem epiclesis omisso nomine dei Augusto inditur Pergami:

nr. 25 = Mionnet II p. 594 nr. 538:

Σεβαστῷ Καίσαρι Βουλαίῳ (caput laureatum)

et Hadriano Abeae:

nr. 26 = CIG 1307:

Ἁδριανοῦ Βουλαίου.

Cum in utroque oppido quantum videmus *Ζεὺς Βουλαῖος* non cultus sit, non est quod putemus epiclesin ad imperatores ut *συννάους* translatam esse.

Ζεὺς Πατρῷος audit Augustus in titulo Halicarnassensi:

nr. 27 = Anc. Gr. Inscr. IV 894:

Καίσαρα τὸν Σεβαστὸν ἐνεγκαμένη τὸν καθ' ἡμᾶς εὐδαίμονι βίῳ, πατέρα μὲν τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος θεᾶς Ῥώμης, Δία δὲ Πατρῷον καὶ σωτῆρα τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ...

Epiclesis valde usitata Halicarnassensibus idem fere significavisse videtur ac Romanis pater patriae. Eodem cognomine ornatur incertus imperator in titulo Dorylaei reperto:

nr. 28 = IGR IV 522 = OGI 479:

. . .]βου υἱῷ Διὶ Πατρῴ[ῳ . . . σωτῆρι παν]τὸς ἀν-θρώπων γένους.

In Co insula incertus imperator audit *Ζεὺς Στράτιος*:

nr. 29 = Inscr. Cos 347:

[ὁ δᾶμος ὁ Ἁλεντίων . . . Σε]βασ[τ]ῷ Διὶ Σ[τ]ρατίῳ ἱλαστήριον . . .

Spatium ante *Σεβαστῷ* vacans aptum est ad supplendum *Νέρωνι*, neque tamen scio, quaenam causa fuerit aequandi; nam imperatorem inter sacra vetera receptum esse propterea non probabile est, quod Iovis Stratii sacra in insula non commemorantur et Coi si in animo habuissent imperatorem inter sacra recipere, certe Aesculapio eum adiunxissent. Cf. nr. 103 sq.[1])

Compluribus locis imperator appellatur Apollo, id quod iam Antiocho I accidisse docet titulus supra (p. 286) allatus CIG 4458.[2])

Cognomen Apollinis Patroi Athenis Claudio inditum esse videtur:

---

[1]) Ad Tiberium pertinere videtur titulus Lesbius:

IG XII 2, 542 = IGR IV 13:

Αὐτοκράτορ]α Καίσαρ[α . . .
Δία μ]έγιστον τὸ[ν . . .
. . . .
ἱέρευς αὔτω Δάμαρχος Λέοντος.

Damarchus sacerdos Tiberio imperante vixit (cf. IG XII 2, 539 sqq.). Cum supplementa incertissima sint, nihil ex titulo concludere licet, praesertim cum nullum aliud exemplum exstet Tiberii dei nomine appellati.

[2]) Cf. Beurlier, de div. hon. p. 87 sq.

nr. 30 = IG III 456:

Τιβέριον Κλαύδιον Καίσαρα Σεβαστὸν Γερμανικὸν Αὐτοκράτορ[α[1]*) Ἀπόλλωνα] Πατρῷον ὁ ἱερεὺς αὐτοῦ ... Διονυσόδωρος Σο[...] Σουνιεὺς τὸν ἑαυτοῦ τε κα[ὶ τοῦ σύμ]παντος οἴκου σωτῆρα καὶ εὐε[ργέτην].*

De Apolline Patroo Athenis culto cf. K. Wernicke, P.-W. II 63.

Ἀπόλλων Μουσεῖος Augustus appellatus est Megaris:

nr. 31 = IG VII 36:

Μουσῶν καὶ θεοῦ Καίσαρος καὶ Αὐτοκράτορος Καίσαρος θεοῦ υἱοῦ Σεβαστοῦ Ἀπόλλωνος Μουσείου.

Cognomen propterea inditum videtur, quod imperator positus est iuxta Musas.

Apollini aequatur etiam Hadrianus in titulo Aezanis reperto:

nr. 32 = CIG 3841 = IGR IV 562:

Αὐτοκράτορι Ἁδριανῷ Γενέτορι.

Nam *Γενέτωρ* epiclesis est Apollinis. Cf. O. Jessen, P.-W. VII 1149 sq.[2])

---

[1]) Sic titulum suppleo secutus alterum IG III 457. Id quod proponit Dittenberger, *αὐτοκράτορ[α τὸ* ... spatium excedere mihi videtur.

[2]) Augustum Alabandis *Ἀπόλλωνα Ἐλευθέριον* appellatum esse ex hoc titulo concluserunt qui ediderunt:

CIG 2903 f add. = Le Bas III 549 = OGI 457:

Ἀπόλλωνος Ἐλευθερίου Σεβαστοῦ.

Quem ad titulum Dittenberger adnotat: „Hoc nomen (sc. *Σεβαστός*) sic nude positum non potest alium significare atque eum, qui primus omnium eo ornatus est — Cave hinc colligas in Graecorum sacris usquam *Ἐλευθέριος* usitatam Apollinis epiclesin fuisse. Immo cum in universum Apollinis nomen Augusti ingenio et personae accommodatissimum esset, propter libertatem recuperatam vero hoc monumentum erigeretur, ab Alabandensibus haec, quae proprie inter se aliena sunt, coniungebantur". Qua in interpretatione valde offendit verbum *Σεβαστός* sic nude positum post nomen dei, cum multas habeamus inscriptiones, in quibus verbum *σεβαστός* = augustus additur nomini

Utraque Agrippina Lesbi audit *Αἰολὶς Καρποφόρος*. Ad maiorem pertinent duo tituli et nummus.

nr. 33 = IG XII 2, 212 = IGR IV 74 = Dessau 8788:

ὁ δᾶμος Νέρωνα Ἰούλιον Καίσαρα παῖδα θέω νέω Γερμανίκω Καίσαρος καὶ θέας Αἰόλιδος Καρποφόρω Ἀγριππείνας.

nr. 34 = IG XII 2, 213 = IGR IV 75:

ὁ δᾶμος Δρούσον Καίσαρα παῖδα θέω νέω Γερμανίκω Καίσαρος καὶ θέας Αἰόλιδος Καρποφόρω Ἀγριππείνας.

nr. 35 = Cat. Brit. Mus. Lesbos p. 204 nr. 193:

A.: *θέον Γερμάνικον Μυτι.* (caput Germanici.)
R.: *θέαν Αἴολιν Ἀ[. . .]ίναν Μυτι.* (caput Agrippinae.)

Ad minorem Agrippinam referendae sunt inscriptiones hae:

nr. 36 = IG XII 2, 211 = IGR IV 81:

τὰν γύναικα τῶ Σεβάστω νέαν θέαν Βολλάαν Σεβάσταν γυμνασίαρχον δι' αἴωνος Ἰουλίαν Ἀγριππείναν.

nr. 37 = IG XII 2, 208 = IGR IV 22:

ὁ δᾶμος θέαν Σεβάσταν Βολλάαν Αἴολιν Καρπόφορον Ἀγριππείναν τὰν γυμνασίαρχον ἐς τὸν αἴωνα.

Quamquam maior Agrippina in Thera insula audit *Βουλαία* (cf. nr. 24), tamen Lesbi hoc cognomen non inditur nisi minori. Quam ob rem hunc titulum ad minorem referendum esse puto, unde hanc quoque Lesbi audisse *Καρποφόρον* cognoscitur. Nihil igitur impedit, quominus ad eam referamus etiam titulum

dei (cf. Thes. ling. lat. II p. 1393 sq.). Quamquam nullam inveni inscriptionem Graecam, in qua appellatio *σεβαστός* sit addita post aliud dei cognomen, tamen Latina exstant eiusmodi exempla velut CIL VIII 619 (Mactar Byzacenae) *Apollini patrio aug. sacr*; cf. CIL V 4014. XII 2410. VIII 6353. Quam ob rem fortasse hoc quoque loco deus appellatur *σεβαστός*.

nr. 38 = IG XII 2, 258 = IGR IV 100:

Μάρκον Γράνιον Γαΐω υἷον Κάρβωνα ὑπογυμνασιαρχήσαντα θέας Σεβάστας Αἰόλιδος Καρποφόρω Ἀγριππείνας . . .,

quamquam A. Boeckh (ad CIG 2183) eum revocavit ad Agrippinam maiorem, quam adulandi causa appellatam esse Augustam coniecit. Deest in hoc titulo cognomen *Βουλαίας* neque minus in altero valde deleto mea autem sententia certe ad minorem Agrippinam referendo

nr. 39 = IG XII 2, 210 = IGR IV 77:

ὑπὲρ . . . .] *θέων καὶ Αὐτοκράτο-*
[*ρος* . . . .] *θέας Σεβάστας Αἰό-*
[*λιδος Καρποφόρω Ἀγριππείνας*] *παῖδος Γερμανίκω* [. . .

Quamquam Boeckh (ad CIG add. 2183 b) revocavit titulum ad minorem Agrippinam, Paton eum ad maiorem pertinere putat. Supplementa eius sunt haec: *Αὐτοκράτο*[*ρος Γαΐω Καίσαρας θέω Γερμανίκω καὶ*] *θέας*. Quae sunt minus probabilia propterea, quod et alter versus quinque litteris est longior tertio, in quo supplementa *Αἰό*[*λιδος Καρποφόρω Ἀγριππείνας*] pro certis habenda sunt, et Agrippina appellata est *Σεβαστή*, quod cognomen in maiore non occurrit. Quam ob rem referendus mihi videtur titulus ad minorem imperatorque filius eius Germanicus esse Nero.

De causa, cur Agrippina maior *Καρποφόρος* sit appellata, Boeckh (ad CIG 2183) contendit nomen ei esse inditum, cum Iuliam Lesbi peperisset (Tac. ann. II 54). Georgius Kaibel autem monet,[1]) nec puto falso, *Καρποφόρον* non eam graece dici, quae fertilis, sed quae fructifera Romanis sit. Fructiferam autem esse deam, quae fructuum proventum curet et efficiat, sive Cererem sive Terram matrem. Mihi cognomen petitum esse videtur ex cultu Lesbio, praesertim cum alia quoque mulier eo appelletur IG XII 2, 232 *ὁ δᾶμος Μοχέπολιν Καρπόφορον Φιλιππίναν τὰν γυμνασίαρχον ἐς τὸν αἴωνα*. Praeter hos locos quamquam cognomen Lesbi non occurrit, tamen frugiferae

[1]) Eph. ep. II p. 10.

deae cultae sunt sub nomine *θεῶν Ἐτηφιλῶν*, quae in nonnullis titulis inveniuntur: IG XII 2, 222. 255. 263. 484 = IGR IV 116.[1]) Quarum dearum interpres est Hesychius s. v. *Ἐταιφίλη· ἡ Περσεφόνη*. Non est dubitandum, quin dea *Ἐταιφίλη* sit eadem atque *Ἐτηφίλα*; memorandum autem est complures *θεὰς Ἐτηφίλας* laudari in titulo IG XII 2, 255 *ἴρεαν τᾶν θέαν Ἐτηφίλαν*, quamquam *Ἐτηφίλα* est Proserpina. Nisi forte putas intellegendas esse Cererem et Proserpinam, quae in titulis Africanis saepe audiunt Cereres,[2]) *Ἐτηφίλαι* fortasse eaedem sunt atque *θεαὶ Καρποφόροι*, quae inveniuntur in titulo si non certe Lesbio attamen Aeolico CIG 2175 *κα]ὶ Δάμα[τρος καὶ θέων] Καρποφόρων*. Has deas mysteriis cultas esse apparere videtur ex titulis IG XII 2, 255 *ἴρεαν τᾶν θέαν Ἐτηφίλαν καὶ Καρίσσαν καὶ ἐρσόφορον τῶν ἁγιωτάτων μυσταρίων* et IG XII 2, 484 = IGR IV 116 *Βρῆσον . . . ὄντα . . . τῶ(ν) Σεβάστων μυστηρίω(ν) Πιστίας Ἐτηφίλας . . . πάρεδρον*. Cave autem putes Agrippinas inter has deas receptas et iuxta Proserpinam et fortasse Cererem cultas esse, cum minor sit *γυμνασίαρχος*, quo munere fungi dea non potuit, neque habemus, cum minorem Agrippinam in cultum receptam esse negemus, cur maiori id accidisse censeamus. Nihilo minus eas rationem habuisse cum mysteriis ex cognomine efficitur.[3]) Fortasse huc revocandus est etiam titulus IG XII 2, 262 . . .]*ον τὸν πάτερα*[. . . *θέαν Ε*]*ὐετηρίαν Σεβάστ*[*αν*]. *Εὐετηρία* cognomen est Cereris,[4]) sed utrum una an complures imperatrices appellentur ignoramus.

Omnibus his locis nomen dei addita epiclesi inter cognomina imperatoris receptum vidimus, quod factum esse ideo, ut merita imperatoris celebrarentur, docuit decretum Acraephiense (nr. 7). Qua in re non tam respectum est ad res, quibus imperator cum certo deo congrueret, sicut a poetis imperatorem cum Iove comparatum vidimus propterea, quod uterque imperium obtinet, et quae talia supra attuli, quam ad vires, quas deis inesse epicleseis significant. Quamquam non semper fieri potest, ut

[1]) Cf. Hiller de Gaertringen P.-W. VI 712.
[2]) Cf. G. Wissowa P.-W. III 1978.
[3]) Cf. J. de Prott Ath. Mitt. XXVII 1902 p. 265 sq.
[4]) Cf. p. 305.

perspiciamus, quaenam aequandi fuerit causa, tamen eis quas ad singulos locos attuli de causis testimonia huc referenda esse probare conatus sum. Ponitur cognomen omnibus locis post nomina imperatoris praeter titulos nr. 15 sqq. et 23 sq., ubi nominibus antecedit, et nr. 18 sqq., in quibus cognomen Iovis Olympii inter nomina Augusti inseritur.

Caput quartum.

In alio genere aequandi multo saepius obvio non epiclesis nomini dei additur, sed qui aequabant spectantes ad eam dei opinionem, quae erat maxime vulgata, cum virtutes quasdam imperatori et deo communes esse putarent, aut imperatorem novum deum appellabant aut imagines eius in habitu dei fingebant.

Quamquam saepissime vidimus imperatorem cum Iove comparatum aut nomen Iovis inter cognomina receptum, in duobus tantum exemplis pro novo Iove habetur,[1]) quorum alterum est nummus Tarsensis

nr. 40 = Cat. Brit. Mus. Cilicia p. 190 nr. 160,

in quo Antoninus Pius fictus est ad speciem Iovis, alterum titulus ex oppido Kayadibi (Asiae) petitus

nr. 41 = Journ. hell. stud. VIII 1887 p. 264 nr. 54:

Διεὶ Καίσαρι.

Quem ad imperatorem pertineat titulus incertum est.[2])

[1]) Ex regibus hellenisticis nemo Iovi aequatus est. Nam persuadere mihi non possum Ptolemaeum II Philadelphum, qui in nummo habet coronam fulminum (Head² 851 = Mowat, Rev. num. ser. III vol. XI 1893 p. 27), hac re Iovi aequari, id quod opinatur R. Mowat.

[2]) Ex oppido Dioshiero (Lydiae) exstat nummus

Imh.-Bl. Lyd. St. p. 63, 3:

Ζεὺς Νέρων Καῖσαρ.

Hoc loco num Nero sit Iovi aequatus, valde dubium est, cum nummus praebeat imagines et Neronis et Iovis.

Imperatrices persaepe Iunoni aequatae sunt, quo cognomine ornatur in nummis Pergamenis Livia.

nr. 42 = Cat. Brit. Mus. Mysia p. 139 nr. 248 sq. = Head[2] 536:

A.: *Λιβίαν Ἥραν Χαρῖνος* (Livia in habitu Iunonis).
R.: *Ἰουλίαν Ἀφροδίτην* (Iulia in habitu Veneris).

nr. 43 = Mionnet suppl. V p. 429 nr. 935:

A.: *Ἰουλίαν Ἀφροδίτην* (caput Iuliae).
R.: *Λιβίαν Ἥραν* (caput Liviae).

Quam ob rem recte suppletus esse videtur a Fränkelio hic titulus:

nr. 44 = Inscr. Perg. 385 = IGR IV 319:

Σε[βα]στὴν Ἰου[λίαν Ἥραν νέ]αν βα[σίλειαν . . . οἱ Περγαμην]οί.

Idem Liviae cognomen occurrit Magnesiae ad Sipylum

nr. 45 = Mionnet IV p. 72 nr. 389:

A.: *Σεβαστῆς Ἥρα* (Liviae caput ornatum).
R.: *Μαγνίτων Σιπύλου.*

et Assi

nr. 46 = IGR IV 249:

ὁ δῆμος καὶ οἱ πραγμα[τευόμενοι παρ' ἡμῖν Ῥωμαῖοι] θεὰν Λ[ε]ιουίαν Ἥραν ν[έαν Σεβασ]τὴν τοῦ Σεβαστοῦ θε[οῦ].

Mylis quoque Livia audit Iuno:

nr. 47 = CIG 1775 = IG IX 2, 333:

[ὁ] δῆμος ὁ Λαρεισαίων[. . .] Λεξίππου γυναῖκα δὲ Φιλίσκου τοῦ [Ἀρισ]το[βού]λου υἱοῦ ἱερητε[ύσ]ασαν Ἰουλίας Ἥρας Σεβαστῆς.

Titulum non referendum esse duce Ottone Kern ad Iuliam docent cognomina *Σεβαστή* et *Ἥρα*, cum cognomen Iunonis Iuliae nullo loco inditum et Liviae aptius sit. Utrum titulus scriptus sit Livia viva necne, certe diiudicari non potest; nam cum multi tituli iam vivos imperatores ut deos cultos esse doceant, non

habemus quod Boeckhio assentiamur, qui Claudii temporibus post Liviae consecrationem titulum conscriptum esse putat.

Claudii uxor Messalina semel in nummo oppidi Nicaeae (Bithyniae) audit *νέα Ἥρα.*

nr. 48 = Mionnet II p. 450 nr. 213 = Cohen I p. 268, 1:

A.: *Μεσσαλίνα Σεβαστὴ νέα Ἥρα* (caput Messalinae).
R.: *Γ. Κάδιος Ῥοῦφος ἀνθύπατος Νεικαιέων.*

Hunc nummum cusum esse Messalina viva inde apparet, quod Cadius Rufus usque ad annum 48, quo mortua est Messalina, erat proconsul Bithyniae [1]) et quod Messalinae mortuae memoria damnata est. [2])

Ad Sabinam Hadriani uxorem referendus mihi videtur hic titulus Halicarnassensis:

nr. 49 = Bull. corr. hell. IV 1880 p. 396:

Ἰουλίαν νέαν Ἥραν Σαβεῖναν Σεβαστὴν ὁ δῆμος ...

Iulia Sabina audiunt et Iulia Titi filia et Sabina uxor Hadriani in nummis, qui cum a solo Goltzio [3]) commemorentur, pro spuriis habentur. [4]) Noster titulus quin ad Sabinam Hadriani uxorem pertineat non dubito, cum ei accommodatissimum sit cognomen *νέα Ἥρα,* quo Pataris quoque appellatur:

nr. 50 = IGR III 663:

Σαβείνῃ Σεβαστῇ νέᾳ Ἥρᾳ.

Iulia Domna audit *νέα Ἥρα* Laginae (Phrygiae) in titulo

nr. 51 = CIG 3956 b (cf. add.) = Le Bas III 1700:

ὑπὲρ σωτηρίας καὶ νείκης καὶ αἰωνίου διαμονῆς τῶν δεσποτῶν καὶ ἀνεικήτων Αὐτοκρατόρων Λουκίου Σεπτιμίου Σεουήρου καὶ Μάρκου Αὐρηλίου Ἀντωνεί-

---

[1]) Cf. Prosopogr. imp. Rom. I 245 nr. 5.

[2]) Tac. ann. XI 38.

[3]) Thesaurus rei antiquariae huberrimus p. 57. 70.

[4]) Eckhel VI p. 365. 520. Prosopogr. imp. Rom. II p. 82 nr. 281. III p. 430 nr. 414.

του καὶ Ποπλίου Σεπτιμίου Γέτας Καίσαρος καὶ νέας Ἥρας Ῥωμαίας καὶ σύνπαντος οἴκου τῶν Σεβαστῶν καὶ ἱερᾶς συγκλήτου καὶ δήμου τῶν Ῥωμαίων . . . Τρύφων Ἀπολλωνίδου ὑποσχόμενος ἀπὸ τῆς γλυκυτάτης θυγατρὸς ἰδίας [. . .] καὶ προσφιλοτειμησάμενος μετὰ τῆς γυναικὸς Ἀμμίας . . . ἐκτελέσας τὸ βαλανεῖον παρέδωκεν.

Similiter supplendus esse videtur titulus Coryci (Ciliciae) repertus

nr. 52 = IGR III 856:

Ἰουλία[ν] Δόμνα[ν] Σεβαστὴν νέαν [Ἥραν] μητέρα κάστρων[. . .

Plautilla audit *νέα Ἥρα* in nummis solius Cariae.

nr. 53 = Mionnet III p. 313 nr. 51 Alinda

A.: *Πλαυτίλλα νέα θεὰ Ἥρα* (caput Plautillae).
R.: *Ἀλινδέων* (Hercules vel Caracalla).

nr. 54 = Imh.-Bl., Kl. M. p. 107, 6 sq. = Head[2] 625 Alinda.

A.: *Αὐ. Κ. Μ. Αὐρ. Ἀντωνεῖνος ν. θ. Η. Πλαυτιλ.* (capita Caracallae et Plautillae).
R.: . . . *Ἀλινδέων.*

(*ν. θ. Η. = νέα θεὰ Ἥρα*).

nr. 55 = Imh.-Bl., Kl. M. p. 156 nr. 12 = Head[2] 625 Stratonicea.

A.: *Αὐ. Κ. Μ. Αὐ. Ἀντωνῖνος κ. νέα θ. Ἥρ. Πλαυτίλλα* (capita Caracallae et Plautillae).

nr. 56 = Imh.-Bl., Kl. M. p. 106 nr. 11 = Head[2] 625 Alabanda.

Αὐ. Μαρ. Αὐρ. Ἀντωνῖνος Ἀλαβανδέων (caput Caracallae).
νέα θεὰ Ἥρα Πλαυτίλλα (caput Plautillae).

Quamquam imperatricem Iunoni primum propterea aequatam esse, quod erat uxor imperatoris Iovi aequati, supra p. 277 demonstravi, tamen haud scio an postea habita sit pro dea coniugali; qua ex opinione ortam esse formulam *ἐπὶ Ἰουλίας Σεβαστῆς* in

Aegyptiis tabulis nuptialibus obviam coniecit Ulricus Wilcken [1]) eam probabiliter interpretatus „coram Iulia Augusta“.

Persaepe imperatrices aequantur deabus frugiferis, cum eodem modo atque illae deae saluti hominum prospiciant. Iam Antiochi VII uxor Cleopatra vocatur *θεὰ εὐετηρία*; Cat. Brit. Mus. Seleucid Kings p. 85 Cleopatra nr. 1 = Head [2] 646: *Βασιλίσσης Κλεοπάτρας θεᾶς εὐετηρίας*. Intellegenda videtur Ceres.[2]) Cf. IG XII 2, 262 (supra p. 300).

Titulum Aphrodisiensem

nr. 57 = CIG 2815:

. . . *ἱερατεύσασαν θεᾶς Ἰουλίας νέας Δήμητρος*

A. Boeckh nulla causa allata refert ad Iuliam Domnam, quamquam nomen Iuliae sic nude positum potius Liviam significare videtur. Eadem in Gaulo quoque insula audit Ceres:[3])

nr. 58 = CIL X 7501 = Dessau 121:

Cereri Iuliae Augustae Divi Augusti matri Ti. Caesaris Augusti Lutatia . . . consacravit.

Ad speciem Cereris Livia ficta est in nummo Pergameno:

nr. 59 = Cat. Brit. Mus. Mysia p. 140 nr. 150.

Iulia in gemmis in habitu Cereris apparet:

nr. 60 = Babelon, Catalogue tab. XXV 242 sqq.

Agrippina maior ad speciem Cereris fingitur in nummo Philadelphiae:

nr. 61 = Imh.-Bl., Lyd. St. p. 119 nr. 21.

Multo saepius minor Agrippina in habitu Cereris conspicitur in nummis Anineti:

nr. 62 = Imh.-Bl., Lyd. St. p. 23.

---

[1]) Zeitschrift der Savignystiftung XXX 1909 Rom. Abt. p. 504.

[2]) Cf. Waser P.-W. IV 982 sq.

[3]) Non adhibendus est nummus ignotae originis Mionnet VI p. 671 nr. 404 *Ἰουλία Σεβαστή — Καρποφόρος*, cum Livia et Ceres in diversis nummi partibus cernantur.

Magnesiae ad Sipylum:

nr. 63 = Imh.-Bl., Lyd. St. p. 89.

Cymarum:

nr. 64 = Cat. Brit. Mus. Aeolis p. 118 nr. 130.

Alexandriae:

nr. 65 = Cat. Brit. Mus. Alex. p. 14 nr. 108 sqq.[1])

Acmoniae:

nr. 66 = Cat. Brit. Mus. Phryg. p. 9 nr. 35.

Hoc in oppido Agrippinam appellatam esse Eubosiam docere videtur titulus:

nr. 67 = CIG 3858 = Le Bas III 754 = IGR IV 654:

. . . *ἱερέα Σεβαστῆς Εὐβοσίας* . . .

Nam cum titulus Nerone imperante sit positus, Agrippinam significari verisimillimum est, quippe quae etiam in nummis ad speciem Cereris fingatur.

In nummo Smyrnaeo

nr. 68 = Zeitschr. f. Numism. XVIII 1892 p. 5

Drusilla ficta est consimilis deae Cereri, cuius mysteria Smyrnae facta esse scimus ex titulo CIG 3194 *ἡ σύνοδος τῶν μυστῶν τῆς μεγάλης θεᾶς πρὸ πόλεως Θεσμοφόρου Δήμητρος* . . . Cf. CIG 3211 et O. Kern P.-W. IV 2745.

Alexandriae praeter Agrippinam minorem (nr. 65) Messalina quoque ad speciem Cereris fingitur:

nr. 69 = Cat. Brit. Mus. Alex. p. 9 nr. 69.[1])

In oppido Bagis (Lydiae) Ceres habet vultum Domitiae:

nr. 70 = Imh.-Bl., Lyd. St. p. 47 nr. 3.

Megaris Sabina uxor Hadriani audit Ceres in titulis:

nr. 71 = IG VII 73 sq.:

Σαβεῖναν βασίλισσαν Σεβαστὴν νέαν Δήμητρα.

[1]) Cf. O. Kern P.-W. IV 2742.

Eodem cognomine ornata esse videtur Athenis in titulo, qui ad Cererem quoque pertinere potest, Hadriani autem temporibus conscriptus est:

nr. 72 = IG III 12 v. 33:

θεὰν] εὐεργέτιν καρπ[οφόρον.[1])

---

[1]) Duo tituli falso ad Sabinam Cereri aequatam revocati sunt, quorum alter repertus est prope Eleusinem CIG 435 = IG III 899 *ἱερόφαντιν τῆς νεωτέρας Κλ. Φιλοξέναν Τι. Κλαυδίου Πάτρωνος Μελιτέως θυγατέρα, ἀργυρώσασαν τὸν βωμὸν τῆς νεωτέρας θεοῦ ἐπιμεληθέντος τῆς ἀναθέσεως τοῦ υἱοῦ αὐτῆς.* Qua in inscriptione verbis *νεωτέρα θεός* significari Sabinam censent Boeckh et Dittenberger, quippe quae Megaris quoque appellata sit nomine Cereris. Cui opinioni repugnant A. Mommsen (Feste der Stadt Athen p. 263) eiusque vestigia legens W. Weber (l. c. p. 174). Affert Mommsen duos locos, quibus *νεωτέρα θεός* h. e. Proserpina opposita est *πρεσβυτέρα* h. e. Cereri. Hesych. s. v. *Ῥειτοί· ἐν τῇ Ἀττικῇ δύο εἰσὶν οἱ πρὸς τῇ Ἐλευσῖνι Ῥειτοὶ ῥωγμοί. καὶ ὁ μὲν πρὸς τῇ θαλάττῃ τῆς πρεσβυτέρας θεοῦ νομίζεται, ὁ δὲ πρὸς τὸ ἄστυ τῆς νεωτέρας.* IG II 5, 834b II 88 *ἐκ τῶν θησαυρῶν ἐξειρέθη τῶν Ἐλευσῖνι τοῖν θεοῖν ἐκ τοῦ τῆς πρεσβυτέρας φιλίππειοι δύο . . . ἐκ τοῦ τῆς νεωτέρας ὄβολοι δύο χρυσοῖ . . .* Quamquam igitur hominem certe significant verba *νεωτέρα θεά* in nummo Friedl.-Sallet p. 115 nr. 361 (Aegyptus) *Βασίλισσα Κλεοπάτρα θεὰ νεωτέρα* et duplicem fuisse notionem significationis *νεωτέρα θεά* pateat, tamen in titulo Eleusinio intellegendam esse Proserpinam ipsis testimoniis Eleusiniis evincitur.

In transcursu adnoto eodem modo etiam verba *νέος θεός* duplici ratione posse explicari, cum usurpentur et de Baccho (Orphica fr. 191) et de mortali inter deos recepto, qui opponitur pristino deo non aliter ac *νέος Ἥλιος* alii. Hac ratione interpretandae sunt inscriptiones, quas attuli nr. 33 = IG XII 2, 212 = IGR IV 74 = Dessau 8788 *ὁ δᾶμος Νέρωνα Ἰούλιον Καίσαρα παῖδα θέω νέω Γερμανίκω Καίσαρος καὶ θέας Αἰόλιδος Καρποφόρω Ἀγριππείνας.* nr. 34 = IG XII 2, 213 = IGR IV 75 *ὁ δᾶμος Δρούσον Καίσαρα πα[ῖδα] θέω νέω Γερμανίκω [Καί]σαρος καὶ θέας Αἰό[λιδος] Καρποφόρω Ἀγριππ[είνας]* et titulus, quem publici iuris fecit R. Herzog, Koische Forschungen und Funde (Lipsiae 1899) p. 229 nr. 222 *ὁ δᾶμος ὁ Ἁλασαρνιτᾶν Γαΐῳ Ἰουλίῳ θεοῦ Σεβαστοῦ υἱῷ Καίσαρι νέῳ θεῷ τὸν βωμόν.* Quas duas verborum *νέος θεός* notiones inter se commiscuit K. Tümpel (P.-W. I 1036) contendens in titulis modo laudatis nr. 33 sq. Germanicum esse aequatum Zagreo.

In altero titulo Perinthi reperto Sabinam appellatam esse novam Cererem coniecit E. Kalinka (Jahresh. öst. Inst. I Beibl. 10): CIG 2021

In nummo Apameae oppidi:

nr. 73 = Imh.-Bl., Gr. M. 653

Faustinam maiorem videmus fictam ad speciem Cereris.

Minor Faustina in nummis Cyzicenis apparet in habitu *Κόρης Σωτείρας*:

nr. 74 = Cat. Brit. Mus. Mysia p. 61 nr. 293 = Head[2] 527.

De Proserpina antiquitus Cyzici culta cf. Roscher II 1306.[1])

Altera Faustina Cereri aequata est in sepulcro, quod Herodes Atticus uxori mortuae ad viam Appiam exstruxit:

nr. 75 = IG XIV 1389 I 5 sq. = Kaibel, Epigr. Gr. 1046:

... *θεαὶ δέ μιν οὐρανιῶνα[ι*
τίουσιν Δηώ τε νέη Δηώ τε παλαιή.

Verbis *Δηὼ νέη* significari alteram ex duabus Faustinis apparet ex v. 48:

τοῦτο δὲ Φαυστείνῃ κεχαρισμένον ἧσται ἄγαλμα.

Titulus scriptus est mortua Faustina maiore, minore viva. Georgius Kaibel ad maiorem eum refert, quod „minori non potuerunt divini honores haberi". Quamquam saepe iam vivi imperatores et imperatrices inter deos recepti sunt, tamen appellatio *θεὰ οὐρανιώνη* potius ad mortuam revocanda videtur, quam ob rem Kaibelii sententiam secutus intellego maiorem.

Duabus deis Vestae et Cereri simul aequatur Iulia quaedam Augusta in titulo Lampsaceno:

= IGR I 785 [*Αὐτοκράτορι Καίσαρι Ἀδριανῷ Σεβαστῷ*] *Ὀλυμπίῳ καὶ Ἐλευθερίῳ καὶ Σαβείνῃ Σεβαστῇ* [*τῇ νέα Δήμ*]*ητ*[*ρι*]. Sed repugnat Seure (Bull. corr. hell. XXII 1898 p. 593 sqq.), cum litteras, quae adbuc exstant, ad supplendam vocem *Δήμητρι* aptas non esse cognoverit, postquam diligentissime inspexit lapidem.

[1]) In eiusdem oppidi nummo Mionnet (II p. 538 nr. 168) legit *Δόμνα Σώτιρα Κυζικηνῶν*. Cave inde colligas Iuliam Domnam aequatam esse *Κόρῃ Σωτείρᾳ*, cum nummum non recte lectum esse viderit Imhoof-Blumer (M. Gr. p. 245 nr. 86, Gr. M. p. 614 nr. 168). Nummus inscriptus est *Ἀθηνᾶ Σώτιρα Κυζικηνῶν*.

nr. 76 = CIG 3642 = IGR IV 180:

Ἰουλίαν Σεβαστὴν Ἑστίαν νέαν Δήμητρα ἡ γερουσία τὸ δὲ εἰς τὸ ἄγαλμα καὶ τὴν βάσιν καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ δαπάνημα ποιησαμένου ἐκ τῶν ἰδίων ὑπὲρ τῆς εἰς τοὺς στεφάνους εὐσεβείας τοῦ ἱερέως τῶν Σεβαστῶν καὶ στεφανηφόρου τοῦ σύμπαντος αὐτῶν οἴκου καὶ ταμίου τοῦ δήμου τὸ δεύτερον Διονυσίου τοῦ Ἀπολλωνοτείμου.

Titulus pertinere potest aut ad Liviam aut ad Iuliam Domnam, sed non verisimile mihi videtur Iuliam Domnam solis verbis *Ἰουλία Σεβαστή* appellari, cum nullum eiusmodi videam exemplum. Sacerdos Augustorum potest esse Augusti et Liviae sacerdos, quippe qui *Σεβαστοί* appellentur in titulis Inscr. Perg. II 374 C 13 et IGR III 721. Livia audit *νέα Δημήτηρ* etiam Aphrodisiade in titulo nr. 57. Cui imperatrici titulus sit tribuendus, ex formis litterarum diiudicandum est, sed teste Ioanne Oehlero, qui hoc per litteras comiter mecum communicavit, inter schedas Corporis Inscriptionum Asiae Vindobonenses non exstat ectypum. Unum praeter hoc novi exemplum hominis uno tenore duobus deis aequati, cum in titulo nr. 37 Agrippina minor verbo ***Βολλάα*** Vestae, verbo ***Καρποφόρος*** Cereri aequetur.[1])

Virgines e gente principis natae maximo studio aequantur Veneri, cui, quippe quae sit dea muliebris venustatis, iam regum hellenisticorum sive uxores sive amicae saepe aequatae sunt. Lamiae amicae Demetrii Thebani exstruxerunt templum teste Polemone apud Athen. VI p. 253 B = FHG III p. 120, 15 *καὶ Θηβαῖοι κολακεύοντες τὸν Δημήτριον . . . ἱδρύσαντο ναὸν Ἀφροδίτης Λαμίας.* Harpalus quoque Pythionicae amatae Veneri aequatae templum et aram struenda curavit. Ps. Theop. apud

[1]) Imperatricis Vestae aequatae aliud exemplum non occurrit, neque enim adsentiendum est Dittenbergero conicienti Liviam illi deae esse aequatam in titulo IG III 316 *Ἱερήας Ἑστ[ίας . . .] καὶ Λειβίας καὶ Ἰουλίας* (quod cognomen Vestae deletum sit, ignoratur). Non habemus cur titulum interpretemur sicut alium, quem affert Dittenberger IG III 276 *ἱερέως Ποσειδῶνος Γαιηόχου καὶ Ἐρεχθέως* ita ut verba *Λειβία* et *Ἰουλία* pro cognominibus Vestae habeamus.

Athen. XIII p. 595 C = FHG I p. 325 nr. 227 *ταύτης ἐτόλμησεν ὁ φίλος εἶναι σου φάσκων ἱερὸν καὶ τέμενος ἱδρύσασθαι καὶ προσαγορεῦσαι τὸν ναὸν καὶ τὸν βωμὸν Πυθιονίκης Ἀφροδίτης.*

Berenicam Ptolemaei I uxorem *σύνναον* deam fuisse Veneris docent loci

Theocr. XV 106 sq.:

> *Κύπρι Διωναία, τὺ μὲν ἀθανάταν ἀπὸ θνατᾶς,*
> *ἀνθρώπων ὡς μῦθος, ἐποίησας Βερενίκην.*

Theocr. XVII 45 sqq.:

> *κάλλει ἀριστεύουσα θεάων πότν' Ἀφροδίτα,*
> *σοὶ τῆνα μεμέλητο· σέθεν δ' ἕνεκεν Βερενίκα*
> *εὐειδὴς Ἀχέροντα πολύστονον οὐκ ἐπέρασεν,*
> *ἀλλά μιν ἁρπάξασα . . .*
> *ἐς ναὸν κατέθηκας, ἑᾶς δ' ἀπεδάσσαο τιμάς.*

Arsinoe Veneri aequata templum habebat in Zephyrio promonturio, quam ob rem audit Zephyritis. Strabo XVII 800 . . . *τὸ Ζεφύριον, ἄκρα ναΐσκον ἔχουσα Ἀρσινόης Ἀφροδίτης.* Hygin. Astron. II 24 crinem in Veneris Arsinoes Zephyritidis posuisse templo. Cf. Callim. epigr. 5. Posidippus apud Athen. VII 318 D; Mus. Rhen. XXXV 1880 p. 91; Berl. Sitz. Ber. 1889 p. 48 (Vahlen). Hedylus apud Athen. XI 497 D. Catullus c. 66, 51 sqq. P. Petr. I 21. III 1 col. 2, 7. Jessen P.-W. II 1281. Wilcken ibidem 1286.

Belesticham quoque amicam Ptolemaeus II Philadelphus Veneri aequavit teste Plut. Amat. 9 *ἡ δὲ Βελεστίχη οὐ βάρβαρον ἐξ ἀγορᾶς γύναιον, ἧς ἱερὰ καὶ ναοὺς Ἀλεξανδρεῖς ἔχουσιν ἐπιγράψαντος δι' ἔρωτα τοῦ βασιλέως 'Ἀφροδίτης Βελεστίχης'.* Cf. Athen XIII 576.[1])

---

[1]) Ad Stratonicam novercam et uxorem Antiochi II haec testimonia referri solent: CIG 3137, 12 (Smyrna) *τὸ ἱερὸν τῆς Στρατονικίδος Ἀφροδίτης.* CIG 3156 = Ditt. Syll.² 575 (Smyrna) *τὸ τέμενός ἐστιν ἱερὸν Ἀφροδίτης Στρατονικίδος θεοῦ.* Idem nomen tradit Tac. ann. III 63 *oraculum Apollinis. cuius imperio Stratonicidi Veneri templum dicaverint.* Cf. Beurlier, de div. hon. p. 97 sq. Quae testimonia ad Stratonicam non pertinere apparet ex verbis Taciti, qui templum vetus et obscurae

Imperatorum temporibus prima aequatur Veneri Iulia Augusti filia in nummis Pergamenis iam supra laudatis nr. 42 sq. Accedit titulus Lesbius:

nr. 77 = IG XII 2, 482 = IGR IV 114:

Ἰ]ο[υλία νέα Ἀφ]ροδίτα τᾶ παῖδι τῶ Σεβάστω θέω Καίσαρος τᾶ εὐεργέτιδι.[1])

---

originis esse narrat (cf. quae adnotavit C. Nipperdey), et ex aequatione ita facta, ut adiectivum a nomine derivatum dei nomini addatur, quae nullo exemplo probatur, cum semper nomen hominis iuxta dei ponatur.

[1]) Alius titulus Lesbius, in quo Iuliam appellari Venerem adhuc omnes censuerunt qui ediderunt, maximos mihi inicit scrupulos. Titulum dico IG XII 2, 537 = IGR IV 9 = CIL III 7156 sq.:

a	b
Iuliae Caesaris f.	*Veneri Genetrici*
Ἰουλία Καίσαρος θύγατρι.	*Ἀφροδίτα Γενετείρα.*

Titulus scriptus est in duobus lapidibus eiusdem longitudinis et crassitudinis. Litterae autem Latinae lapidis a 0,058 altae sunt, Graecae 0,050; litterae Latinae lapidis b 0,060 altae sunt, Graecae 0,042. Accedit quod lapis a altior est quam b, unde concludendum videtur eos non coniunctos in eodem ordine stetisse. Si lapis a supra b positus erat, ut visum est Patoni, non iam habemus, quod Iuliam Veneri aequatam censeamus. Quae ad argumenta ex forma lapidis petita accedit tenor. Quin titulus pertineat ad Iuliam Augusti filiam non est dubium, cum Iulia Domna, quam intellegit O. Gruppe (Griech. Myth. p. 1356, 6) non sit filia Caesaris, Iulia autem Caesaris dictatoris filia propterea nequeat intellegi, quod mortua est anno 54 (Plut. Caes. 23), cultus autem Veneris Genetricis conditus est anno 46 (Cass. Dio XLIII 22, 2). Cum imperator nondum audiat *Σεβαστός*, titulum positum esse oportet ante annum 27, quo Iulia duodecimum annum nondum egressa erat, neque facile intellegitur, cur Lesbii, quamquam saepius imperatores eorumque propinquos deorum nominibus appellabant, tantulam puellam tali honore affecerint. Quae res minus offensionis haberet, nisi aequatio interpretatione careret, cum dissimilis sit omnium quas novimus aequationum. Nam nomen Veneris Genetricis inter cognomina publica non esse receptum apparet ex titulo supra allato (nr. 77), qui quamquam postea est scriptus, cum imperator audiat *Σεβαστός*, tamen Iuliam solo nomine Veneris, non Veneris Genetricis appellat. Omnibus autem locis, quibus imperator hunc ad modum deo aequatur, cognomen ei inditur non semel aut bis, sed omnibus qui eum appellant in titulis, qui quidem aetatem tulerunt. Nihilo magis titulus habendus est inter eos, in quibus tractandis nunc versamur, cum epiclesis *Γενέτειρα* non esset addita, si Iulia pro nova

Ad Iuliam referendus videtur etiam titulus:

nr. 78 = IGR IV 257 Assus:

[Λολλία Ἀντιο]χὶς [ἡ γυ]νὴ ἡ Κοΐν[του Λολλίου] Φιλεταίρου τοῦ διὰ βίου ἱερέως τοῦ Σεβαστοῦ θεοῦ Καίσαρος . . . τὸ βαλανῆον ἀνέθηκεν Ἀφροδείτῃ Ἰουλίᾳ καὶ τῷ δήμῳ.

Cagnat cum in hac inscriptione tum in altera indidem petita IGR IV 256 *ὁ ἱερεὺς τοῦ Σεβαστοῦ θεοῦ Καίσαρος . . . τὴν στοὰν ἀνέθηκε θεῷ Καίσαρι Σεβαστῷ* verbis *Σεβαστὸς θεὸς Καῖσαρ* significari putat Tiberium, non recte opinor, cum neque nomine Tiberii carere possimus neque dubium sit, quin in fine tituli IGR IV 256 verba *θεῷ Καίσαρι Σεβαστῷ* pertineant ad Augustum; si Cagnati opinionem sequeremur, putandum esset in eodem titulo verbis *θεὸς Καῖσαρ Σεβαστός* et *Σεβαστὸς θεὸς Καῖσαρ* significari imperatores diversos. Quod cum nullo modo fieri potuisse equidem censeam, titulos refero ad Augustum secutus opinionem Mommseni (CIL III 7081). Verbis *Ἀφροδείτῃ Ἰουλίᾳ* significari Liviam (Cagnat) non est verisimile, cum desideremus appellationem *Σεβαστή*. Intellegendam esse puto Iuliam, quam et Lesbi et Pergami audire Venerem supra demonstravi.

Drusilla compluribus locis Venus appellata est. *Ἀγῶνες* commemorantur Cyzici:

nr. 79 = IGR IV 145 = Ditt. Syll.[2] 365:

. . . ἐπιτελούσῃ τοὺς τῆς θεᾶς νέας Ἀφροδείτης Δρουσίλλης ἀγῶνας.

Praeterea nomen occurrit Magnesiae ad Maeandrum:

nr. 80 = Inscr. Magn. 156:

Δρ]ο[ύ]σ[ι]λλαν νέαν θεὰν Ἀφροδείτην.

Byzantii

nr. 81 = Mionnet suppl. II p. 245 nr. 241:

Ἀφροδίτας Δρουσ. (caput Drusillae stola velatum.)

Venere esset habita sicut in titulo nr. 77. Denique ne inter tertiae quidem partis exempla numerare licet titulum, cum sacra Veneris Genetricis in Lesbo insula habita esse non sit verisimile.

Mytilenis:

nr. 82 = IG XII 2, 172 = IGR IV 78 = Dessau 8789:

Νέρωνι καὶ Δρούσω καὶ Ἀγριππίνα καὶ Δρουσίλλα νέα Ἀφροδίτα τοῖς κασιγνήτοις τῶ Αὐτοκράτορος Γαΐω Καίσαρος.

Cagnat in adnotatione ad titulum IGR IV 206 opinatur gentis Iuliae feminas Veneres appellatas esse, quod originem ducerent a Venere, quae Anchisae Aeneam peperisset, Iuliorum patrem. Quod non verum esse[1]) intelleget qui sibi in memoriam revocaverit iam Ptolemaeorum uxores Veneri aequatas esse, unde cognomen ad mulieres domus imperatoriae translatum est.

Apollini aequatur Nero, quem iam a poetis cum eo comparatum vidimus,[2]) in nummis Apolloniae (Illyriae):

nr. 83 = Cat. Brit. Mus. Illyr. p. 62 nr. 84 sq. = Head[2] 314:

Νέρωνι Ἀπόλλωνι κτίστῃ.

In nummo „in Achaia verisimiliter signato"

nr. 84 = Eckhel VI 276:

Νέρωνι Ἀπόλλωνι

inscripto vides Apollinem vel Neronem citharoedum gradientem cum lyra.

Ad speciem Apollinis finguntur statuae Antinoi; L. Dietrichson, Antinoos, Christiania 1884 p. 186, 18. 247, 110 = tab. XIV nr. 40; cf. Wernicke P.-W. I 2441. Idem audit in nummo Tarsensi *νέος Πύθιος*

nr. 85 = Head[2] 733:

νέῳ Πυθίῳ.

In nummo Philadelpheno imagines Apollinis et Dianae fortasse vultus habent Germanici et Agrippina:

nr. 86 = Imh.-Bl., Lyd. St. p. 116 sq.

Apollo et Diana aliis quoque in nummis Philadelphenis occurrunt. Imh.-Bl., Lyd. St. p. 113 sq., 1. 2. 6. 7. Head[2] 655.

---

[1]) Exceptum est unum exemplum p. 315 allatum.

[2]) p. 278 sq.

Ad speciem Dianae fictae sunt Iulia (**nr. 87** = Cohen I p. 180 nr. 1) et diva Faustina minor (**nr. 88** = Cat. Brit. Mus. Rom. Med. p. 17 nr. 8) in nummis clipeatis Romanis, et Iulia Domna in nummo Argivo

nr. 89 = Cat. Brit. Mus. Pelop. p. 152 nr. 170.

Omnibus temporibus et antiquis et nostris vulgata est opinio, qua egregiis factis lux allata esse videtur mundo et homines praestantes cum luce comparantur. Quem ad modum dicunt Livius IX 10, 3: *hoc senatus consulto facto lux quaedam adfulsisse civitati visa est.* Cic. de imp. Cn. Pomp. 33: *tantam unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre rei publicae potuit* . . . Verg. Aen. II 281 Hectorem affatus *o lux Dardaniae.* Hanc comparationem admittit Horatius Augustum ita allocutus (c. IV 5, 5 sqq.):

lucem redde tuae, dux bone, patriae,
instar veris enim voltus ubi tuus
adfulsit populo, gratior it dies
et soles melius nitent.

Similiter Augustus in epigrammate supra p. 287 allato CIG 4923 = IGR I 1295 = Kaibel, Epigr. Gr. 978 audit *ἄστρον ἁπάσας Ἑλλάδος.*

Quam opinionem secuti Graeci nonnullis locis imperatorem appellant novum Solem, quo cognomine ornatur Caligula in titulo Cyziceno

nr. 90 = IGR IV 145 = Ditt. Syll.² 365:

. . . *ὁ νέος Ἥλιος Γάϊος Καῖσαρ Σεβαστὸς Γερμανικός.*

Quomodo cognomen intellegendum sit apparet ex verbis insequentibus *συνκαταλάμψαι ταῖς ἰδίαις αὐγαῖς.* Titulus positus initio imperii Caligulae [1]) testimonium est gaudii, quod percepit populus ex novo imperatore, quem res publicas meliores redditurum esse omnes sperabant.

Idem cognomen inditur Neroni in initio decreti Acraephiensis, quod attuli (nr. 7), et Sagalassi (Pisidiae) in titulo

[1]) Dittenberger l. c. adn. 6.

nr. 91 = IGR III 345:

νέῳ Ἡλίῳ Νέρωνι Τιβερίῳ Κλαυδίῳ Καίσαρι Γερμανικῷ [Τι. Κ]λ. Δαρεῖος καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ [ἀ]νέθηκαν.

Cum Sole comparatur Nero in epigrammate Anth. Pal. IX 178. Cf. p. 278.

Ephesi Caracalla et Geta compluribus in nummis audiunt *νέοι Ἥλιοι*:

nr. 92 = Cat. Brit. Mus. Jonia p. 89 nr. 292 = Head² 577:

Αὐτ. Κ. Μ. Αὐρ. Ἀντωνεῖνος καὶ Λο. Σε. Γέτας νέοι Ἥλιοι (capita Caracallae et Getae).

nr. 93 = Mionnet suppl. VI p. 164 nr. 561:

νέοι Ἥλιοι novi Soles (capita Caracallae et Getae).

nr. 94 = Mionnet suppl. VI p. 164 nr. 563:

δόγματι συγκλήτου Ἐφεσίων. Ἥλιοι νέοι.

In nummo cernuntur quattuor templa (Septimii Severi, Iuliae Domnae, Caracallae, Getae?).

Augustus Solis locum tenere videtur in anaglypho Ephesi reperto. R. Heberdey, Jahresh. öst. Inst. VII 1904 Beibl. p. 55 sq.[1])

Ad speciem Martis fictus est Augustus in anaglypho basis ex ecclesia Sancti Vitalis Ravennatium proveniente, quod delineavit A. Conze, Die Familie des Augustus, Halis Saxonum 1867 tab. I.[2]) Hac in aequatione Martem habendum esse pro auctore populi Romani inde apparet, quod iuxta Augustum posita est Livia in habitu Veneris, quae est genetrix gentis Iuliae. Cf. Hor. c. I 2, 33 sqq. et supra p. 268.

Ad belli deum spectant Athenienses C. Caesarem novum Martem appellantes:

---

[1]) Antoninum Pium ad speciem Solis fictum esse in nummo Trallensi inscripto *Ἥλιος Σεβαστός* contendit Mionnet suppl. VII p. 472 nr. 720; cuius rei mentionem faciunt neque Imhoof-Blumer (Kl. M. I p. 187 nr. 2) neque Head (² 661). Intellegendus est Sol augustus.

[2]) Cf. G. Wissowa, Gesammelte Abhandlungen zur römischen Religions- und Stadtgeschichte. München 1904 p. 40, C.

nr. 95 = IG III 444:

ὁ δῆμος Γάϊον Καίσαρα Σεβαστοῦ υἱὸν νέον Ἄρη.

Conferendus est titulus iam supra p. 273 laudatus IG III 444 a *ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Γάϊον Καίσαρα αὐτοκράτορα Ἄρηος υἱόν.* Secundus titulus scriptus est anno 3 vel 4, cum C. Caesar imperator factus anno 3 (Cass. Dio LV 10 a, 7) mortuus sit anno 4 (Cass. Dio l. c.). Prior titulus non multo vetustior esse videtur, cum Marti aequari nequiret Caesar, priusquam belli laudes sibi peperisset.

Num C. Caesar Mylasae quoque Marti aequatus sit, valde dubium est.

nr. 96 = Bull. corr. hell. XII 1888 p. 15, 4.

ἱερεὺ[ς θεᾶς Ῥώμης καὶ Αὐτοκράτορος] Καίσαρος Σεβαστοῦ καὶ τῆς Γα[ΐου Ἰουλίου Καίσαρος . . .] τῆς νεότητος ἡγεμόνος νέο[υ Ἄρεος . . .] καὶ τῆς Λευκίου Ἰουλίου Καίσαρο[ς τῆς νεότητος ἡγεμόνος τῶν τέ]κνων Νείκης καὶ Ἑρμοῦ καὶ Ἡρακλέ[ους . . .

Supplementum incertissimum est.

In nummo oppidi Amblada (Pisidiae) Geta audit novus Mars.

nr. 97 = Head[2] 892:

νέος Ἄρης (Geta in habitu Martis).

Haud scio an Augustus Mercurio aequatus sit Tentyride, ubi templum ornatum est duobus ordinibus imaginum, quorum primae sunt imagines imperatorum. J. Krall, Wiener Studien V 1883 p. 315 adn. 1. E quibus alter appellatur

nr. 98:

Helmîs Kaisar quem amant Pthah et Isis.

Idem cognomen vel *Hermis* saepius occurrit in eodem templo et fortasse translatum est ex Graeco *Ἑρμῆς*. Simplicibus verbis *Kaisar quem amant Pthah et Isis* nemo potest significari nisi Augustus.

Ad speciem Mercurii fingitur Antinous cum in nummis et Alexandrino

nr. 99 = Cat. Brit. Mus. Alex. p. 107 nr. 925

et Claudiopolitano[1])

nr. 100 = Head[2] 511,

tum in imagine

nr. 101 = Dietrichson l. c. p. 257 nr. 126 = tab. XVIII 51.

Aesculapio Hadrianus aequatur in titulo Pergameno

nr. 102 = Inscr. Perg. 365 = IGR IV 341.

[Ἁδριανῷ σωτῆρι] Ὀλυμπίῳ.
[Πάντων ἀνθρώπ]ων δεσπότης, βασιλεὺς
[τῶν τῆς γῆς χωρ]ῶν, ἐπιφανέστατος
[νέ]ος Ἀσκλήπιος.

Aesculapius Pergami imprimis cultus est sub nomine *Σωτῆρος*. Cf. M. Fraenkel, Inscr. Perg. p. 196.

In Co insula Claudius aequatus est Aesculapio, quem ex antiquis temporibus in Co insula cultum esse testantur et tituli (Inscr. Cos Index p. 397) et nummi (Mionnet III p. 401 sqq. Head[2] 633 sq.).

nr. 103 = Inscr. Cos 92:

Γάϊος Στερτίνιος Ξενοφῶν εὐεργέτας τᾶς πατρίδος καὶ ἱερεὺς διὰ βίου Ἀσκλαπιῷ Καίσαρι ἀγαθῷ θεῷ ἀνέθηκε.

nr. 104 = Inscr. Cos 130:

. . . ἱερέως Ἀσκλαπιοῦ Καίσαρος.

C. Stertinii Xenophontis medici scientia usus est Claudius, qui eius precibus commotus anno 53 *dedit ut omni tributo vacui in posterum Coi sacram et tantum dei ministram insulam colerent* (Tac. ann. XII 61), proximo autem anno ab eo interfectus est (l. c. 67). Cum in titulis Cois (Inscr. Cos 46, 3. 84 sqq.) audiat *φιλοκλαύδιος*, in nostris significari Claudium veri simillimum est. Eum Xenophontis temporibus, haud scio an eo auctore (Paton and Hicks, Inscr. Cos ad nr. 92), deo aequatum esse,

[1]) Claudiopoli Bithyniae Antinous erat natus. Cass. Dio LXIX 11, 2.

fortasse propter immunitatem Cois datam, inde efficitur, quod in titulo Inscr. Cos 345 Xenophon audit *ἱερεὺς διὰ βίου τῶν Σεβαστῶν καὶ Ἀσκλαπιοῦ καὶ Ὑγίας καὶ Ἠπιόνης.*

Novus Bacchus appellatus est primus Alexander Magnus propterea, quod in expeditione Indica illum deum imitatus esse dicebatur,[1]) teste Arriano anab. VI 28 *καὶ τοῦτο πρὸς μίμησιν τῆς Διονύσου βακχείας ἀπεικάσθη Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι καὶ ὑπὲρ ἐκείνου λόγος ἐλέγετο καταστρεψάμενον Ἰνδοὺς Διόνυσον οὕτω τὴν πολλὴν τῆς Ἀσίας ἐπελθεῖν, καὶ θρίαμβόν τε αὐτὸν ἐπικληθῆναι τὸν Διόνυσον καὶ τὰς ἐπὶ ταῖς νίκαις ταῖς ἐκ πολέμου πομπὰς ἐπὶ τῷ αὐτῷ τούτῳ θριάμβους;* cf. Plut. Alex. 67. Athenienses eum Bacchum appellavisse narrat Diog. Laert. VI 63.

Idem cognomen datum est Ptolemaeo IV Philopatori (Clem. Alex. Protr. IV 54 p. 42 Stählin), ad quem pertinent verba Euphorionis apud Hephaestionem (16 p. 56 Consbr.) *ὦ τελεταὶ τοῦ νέου Διονύσου*; cf. Meineke, Anal. Alex. p. 341 sq. Ad speciem Bacchi idem fingitur in nummis, Head[2] 855. Verba Diogeniani Cent. VIII 41 *ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ νέου Διονύσου βοῦς ἔτεκεν ἐξ βοΐδια* num ad eum spectent (Meineke l. c.) dubium est, cum etiam ad Ptolemaeum X Auleten pertinere possint, qui saepissime audit *νέος Διόνυσος*. Ox. Pap. II 236 b (p. 140) *βασιλεύοντος Πτολεμαίου θεοῦ νέου Διονύσου Φιλοπάτορος Φιλαδέλφου*. Cf. BGU III 1002. CIG 4897. 4897 b. 4899. 4926. Anc. Gr. Inscr. IV 921. OGI 741. Lucian. non esse tem. cred. calumn. 16.[2])

E Seleucidis regibus appellati sunt Bacchi nomine Antiochus VI:

Cat. Brit. Mus. Seleucid Kings p. 63 sqq. nr. 1 sqq. = Head[2] 766:

A.: (Caput Antiochi, in nonnullis nummis in habitu Bacchi).

R.: *Βασιλέως Ἀντιόχου Ἐπιφανοῦς Διονύσου* (Dioscuri vel Apollo vel Bacchus vel panthera).

---

[1]) Cf. B. Graef, De Bacchi expeditione Indica. Diss. Berl. 1886.
[2]) Cf. Beurlier, De div. hon. p. 47 sqq.

et Antiochus XII:

Cat. Brit. Mus. Seleucid Kings p. 102 nr. 5:

A.: (Caput Antiochi).

R.: *Βασιλέως Ἀντιόχου Διονύσου Ἐπιφανοῦς Φιλοπάτορος Καλλινίκου* (Iuppiter Victoriam gestans).

Cf. Iosephus Antiqu. Iud. XIII 387.

Eidem deo aequatus est etiam Mithradates Eupator. Cic. pro Flacco 60 *Mithradatem deum, illum patrem, illum conservatorem Asiae, illum Euhium, Nysium, Bacchum, Liberum nominabant.* Artifices Dionysiaci legatum eius Athenionem salutant *ἄγγελον τοῦ νέου Διονύσου* (Posidonius Apamensis apud Athen. V p. 212 d = FHG III p. 267). Cf. Ps. Dio Chrys. Corinth. 6 (II p. 18 de Armin). Appian. Mithr. 10. Clem. Alex. Protr. IV 54 p. 42 Stählin. Bull. corr. hell. VIII 1884 p. 103; fortasse CIG 2277 b. Abiciendus est titulus CIG 2278, qui non recte a Boeckhio est lectus, cf. Kaibel IG XIV p. 236. OGI 367.

Maxime pro novo Baccho se gessit Antonius, cui hoc ab Octaviano exprobratur (Cass. Dio L 25, 3 sq.): *τίς δ' οὐκ ἂν θρηνήσειε καὶ ἀκούων καὶ ὁρῶν αὐτὸν τὸν Ἀντώνιον . . . τὴν ἄνθρωπον ἐκείνην καθάπερ τινὰ Ἶσιν ἢ Σελήνην προσκυνοῦντα καὶ τούς τε παῖδας αὐτῆς Ἥλιον καὶ Σελήνην ὀνομάζοντα καὶ τὸ τελευταῖον καὶ ἑαυτὸν Ὄσιριν καὶ Διόνυσον ἐπικεκληκότα.* Cf. Cass. Dio XLVIII 39, 2. L 5, 3 (unde Zonaras X 28). Plut. Anton. 24. 60. Velleius II 82, 4. Sen. suas. I 6. IG II 482 v. 23. Socr. Rhodius apud Athen. IV 148 c = FHG III p. 326. Ad hanc aequationem spectare videntur nummi cistophori[1]) Ephesi cusi, in quibus Antonii caput hedera ornatum fingitur (Babelon I p. 179 sq. nr. 60 sqq. = Cohen I p. 52 sq. nr. 2 sq.), semel addito lituo (Babelon nr. 60 = Cohen nr. 2). Male huc referre mihi videtur E. Beurlier[2]) nummos supra p. 272 laudatos, in quibus vides leonem, quem ad

[1]) De quibus cf. Babelon, Inventaire sommaire de la collection W. H. Waddington 6955 sqq. A. Mau P.-W. III 2595 sq. F. Imhoof-Blumer, Die Münzen der Dynastie von Pergamum. Abh. Berl. Akad. 1884 p. 28 sqq.

[2]) Essay p. 11.

interpretandum monet Antonium leones iugo subdidisse et Romae ad currum iunxisse (Plin. n. h. VIII 55, cf. Cic. ad Att. X 13). Neque tamen iure mihi videtur opinari Antonium id fecisse imitatum Bacchum, cum nullum habeamus testimonium indicans Romae quoque eum pro Baccho se gessisse neque dubito quin, si deum imitari in animo habuisset, tigres pro leonibus ad currum iuncturus fuerit.

Cum tot hellenisticorum temporum reges nomine novi Bacchi ornati sint, mirum est, quod imperatoris ei aequati ne unum quidem exstat exemplum.[1]) Unus Antinous ad speciem Bacchi fingitur,

nr. 105 = Dietrichson l. c. p. 193 sqq.

Cf. K. Wernicke P.-W. I p. 2441. Idem in nummis audit Iacchus,

nr. 106 = Cat. Brit. Mus. Mysia p. 4 nr. 13 = Head[2] 521 Adramyttium:

Ἀντίνοος Ἴακχος (caput Antinoi).

nr. 107 = Rev. num. ser. III vol. X 1892 p. 121 = Head[2] 733 Tarsus:

A.: *Ἀντίνοος ἥρως* (caput Antinoi).
R.: *Ἁδριανῆς Τάρσου μητροπόλεως νεωκόρων. νέῳ Ἰάκχῳ* (cista Bacchica).

Caligulam in Aegypto publice appellatum esse *νέον Διόνυσον* qua ratione colligat F. Blumenthal[2]) ex loco Philonis de leg. 11 sq. haud intellego.

Cur reges hellenistici tam saepe Baccho aequati sint si quaerimus, de Alexandro certam causam tradit Arrianus, cf. p. 318; alii propterea cognomen Bacchi accepisse videntur, quod

---

[1]) Quod legit W. Dittenberger in titulo per solum apographum tradito IG III 450

ΣΕΒΕΙΝΟΝ
Καίσαρος υἱόν
= *Εὐ]σεβ[ῆ] ν[έ]ον [Διόνυσον*
Καίσαρος υἱόν

valde dubium est.

[2]) l. c. p. 330.

apparatum regiae magnificentiae comparabant cum splendore cultus dei et tantum se apud homines valere putabant quantum illum. Quod quantum valuerit in aequatione, apparet ex Ciceronis loco modo laudato (pro Flacco 60), quo Mithradates appellatur Bacchus, ut demonstretur, quanta fuerit eius potentia. Demetrium Poliorcetam Plutarchus cum Baccho comparat in describenda eius natura, unde dei quoque natura intellegitur: Plut. Dem. 2 *ἥδιστος γὰρ ὢν συγγενέσθαι, σχολάζων τε περὶ πότους καὶ τρυφὰς καὶ διαίτας ἁβροβιώτατος βασιλέων, ἐνεργότατον αὖ πάλιν καὶ σφοδρότατον τὸ περὶ τὰς πράξεις ἐνδελεχὲς εἶχε καὶ δραστήριον· ᾗ καὶ μάλιστα τῶν θεῶν ἐζήλου τὸν Διόνυσον, ὡς πολέμῳ τε χρῆσθαι δεινότατον, εἰρήνην τε αὖθις ἐκ πολέμου τρέψαι πρὸς εὐφροσύνην καὶ χάριν ἐμμελέστατον.* Aequatio propterea non erat difficilis, quod Bacchus non erat deus aeternus, sed inter semideos habebatur.[1]) Cum esset iuvenis, Antinous ei aequatus est.

Alia de causa nonnulli imperatores Bacchi nomine appellati sunt ab artificibus Dionysiacis, quorum collegia, quae permultis in oppidis occurrunt, Traiano imperante inter se coniuncta sunt in unam *ἱερὰν σύνοδον*, quae maxime viguit Antonino Pio imperante.[2]) Iam ex nomine collegii *οἱ περὶ Διόνυσον καὶ Αὐτοκράτορα τεχνεῖται* imperatorem patronum collegii esse et Bacchi locum tenere apparet, quamquam non omnibus in titulis nomen novi Bacchi ei inditur. Testimonia sunt haec:

Traianus:

nr. 108 = IG XIV 2496 = IGR I 18 Nemausus:

[ψήφισμα τῆς ἱερᾶς θυ]μελικῆς ἐν Νεμαύσῳ τῶν ἀ[γωνιστῶν τῶν περὶ τὸν Αὐτοκράτορα Νέρ]οναν Τραϊανὸν Καίσαρα Σεβαστὸν [συνόδου . . .

---

[1]) Cf. A. Elter l. c. (supra p. 280).

[2]) F. Poland, Zur Geschichte des griechischen Vereinswesens, Leipzig 1909 p. 129 sqq. Iusto autem longius progreditur Poland omnes eos locos, quibus imperator aliqua ratione cum Baccho coniungitur, ad artifices revocans. Male huc rettulit titulum Aphrodisiensem CIG 2739 *Τιβέριον Κλαύδιον Καίσαρα Σεβαστὸν Γερμανικὸν Αὐτοκράτορα ὁ δῆμος καὶ Μένανδρος Διογένους τοῦ Ζήνωνος ἀρχιερεὺς αὐτοῦ καὶ Διονύσου.* Bacchus Aphrodisiade colebatur (cf. CIG 2784. 2818), et sacerdos eius uno tempore erat sacerdos Augusti.

Hadrianus:

nr. **109** = IGR III 209 Ancyra:

ψήφισμα τῶν ἀπὸ τῆς οἰκουμένης περὶ τὸν Διόνυσον καὶ Αὐτοκράτορα Τραϊανὸν Ἁδριανὸν Σεβαστὸν Καίσαρα νέον Διόνυσον τεχνειτῶν ἱερονεικῶν στεφανειτῶν κτλ.

nr. **110** = IGR III 210 ibidem:

ψήφισμα τῆς ἱερᾶς μουσικῆς συνόδου τῆς περὶ τὸν Διόνυσον καὶ Τραϊανὸν Ἁδριανὸν νέον Διόνυσον τεχνειτῶν κτλ.

nr. **111** = IGR III 211 ibidem:

οἱ ἀπὸ τῆς οἰκουμένης περὶ τὸν Διόνυσον καὶ Αὐτοκράτορα Ἁδριανὸν Καίσαρα Σεβαστὸν τεχνεῖται κτλ.

nr. **112** = Le Bas III 1619 Aphrodisias:

ψήφισμα ἱερᾶς συνόδου. [ἔδοξε τῇ ἱερᾷ συνόδῳ τῶν ἀπὸ τῆς οἰκου]μένης περὶ τὸν Διόνυσον καὶ Αὐτοκράτορα Τραϊανὸν Καίσαρος θεοῦ [Τραϊανοῦ Παρθικοῦ υἱὸν θεοῦ] Νέρουα υἱωνὸν Ἁδριανὸν Καίσαρα Σεβαστὸν νέον Διόνυσον τεχν[ιτῶν . . .

nr. **113** = IG XIV 2495 = CIL XII 3232 = IGR I 17 Nemausus:

ψήφισμα τῆς ἱερᾶς θυμελικῆς Ἁδριανῆς συνόδου τῶν περὶ τὸν Αὐτοκράτορα Καίσαρα Τραϊανὸν Ἁδριανὸν Σεβαστὸν νέον Διόνυσον συναγωνιστῶν.

Antoninus Pius:

nr. **114** = IG III 22 = Anc. Gr. inscr. I 49 Attica:

ψήφισμα ἱερᾶς Ἁδριανῆς Ἀντωνείνης θυμελικῆς περιπολιστικῆς μεγάλης συνόδου τῶν ἀπὸ τῆς οἰκουμένης περὶ τὸν Διόνυσον καὶ Αὐτοκράτορα Καίσαρα Τίτον Αἴλιον Ἁδριανὸν Ἀντωνεῖνον Σεβαστὸν Εὐσεβῆ νέον Διόνυσον τεχνειτῶν.

nr. 115 = Bull. corr. hell. IX 1885 p. 124 Nysa:

δεδόχθαι τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης περὶ τὸν Διόνυσον καὶ Αὐτοκράτορα Καίσαρα Τ. [Αἴλιον] Ἁδριανὸν Ἀντωνεῖνον Σεβαστὸν Εὐσεβῆ τεχνίταις.

Huc referendum puto etiam titulum fortasse Pergamenum

nr. 116 = CIG 6829 = IGR IV 468:

ὑπὲρ σωτηρίας καὶ νείκης καὶ αἰωνίας διαμονῆς τῶν κυρίων αὐτοκρατόρων Λουκίου Σεπτιμίου Σευήρου Εὐσεβοῦς Περτίν[α]κος Σεβαστοῦ Ἀραβικοῦ Ἀδιαβηνικοῦ Παρθικοῦ Μεγίστου καὶ Μάρκου Αὐρηλίου Ἀντωνείνου Σεβαστοῦ Ἀραβικοῦ Ἀδιαβηνικοῦ Παρθικοῦ Μεγίστου καὶ Λουκίου Σεπτιμίου Γέτα Καίσαρος καὶ Ἰουλίας Σεβαστῆς μητρὸς στρατοπέδων καὶ τοῦ σύνπαντος αὐτῶν οἴκου καὶ ἱερᾶς συνόδου Λ. Σεπτίμιος Τρύφων καὶ ὡς χρηματίζω Ἀλεξανδρεὺς φιλόσοφος, γενόμενος ἱερεὺς κατὰ τὸ ἑξῆς δὶς καὶ ἀρχιερεὺς τοῦ Καθηγεμόνος Διονύσου διὰ βίου, ἔτι τε καὶ τειμηθεὶς ἀρχιερεὺς Μάρκου Αὐρηλίου Ἀντωνίνου Σεβαστοῦ τοῦ νέου Διονύσου διὰ βίου . . .

Quamquam *Διονύσου Καθηγεμόνος* templum Pergamenum anno 215 Caracallae dedicatum esse videtur,[1]) tamen hic titulus, quippe qui scriptus sit Septimio Severo imperante, ad illam dedicationem non pertinet, sed imperatorem iam antea ab artificibus novum Bacchum appellatum esse docet sicut Hadrianum et Antoninum Pium. Templum ei dedicatum esse ut novo Baccho nullo testimonio probatur, cum inscriptio epistylii Inscr. Perg. 299 *Αὐτοκράτορι Καίσ[αρι Μ. Αὐρ. Ἀντωνείν]ῳ Σεβα[στῷ ἡ Περγαμηνῶν τ]ῶν τρὶς νεωκόρων μητρόπολις [. . . καθιέρωσεν]* cognomen non addat, quamquam eum Bacchum imitatum esse testatur Cass. Dio. LXXVII 7, 4 *ἐλέφαντας πολλοὺς συμπεριήγετο, ὅπως καὶ ἐν τούτῳ τὸν Ἀλέξανδρον, μᾶλλον δὲ τὸν Διόνυσον μιμεῖσθαι δόξῃ.*

---

[1]) Cf. A. Conze, Berl. Sitz. Ber. 1895 p. 1057 sqq. J. de Prott, Ath. Mitt. XXVII 1902 p. 182.

Dioscuris imperatores aequari non poterant nisi fraterno amore inter se coniuncti sicut Marcus Aurelius et Verus, ad quos haud scio an referendus sit titulus Lacedaemonius

nr. 117 = CIG 1316:

θεοῖς Ὀλυμπίοις νέοις Διοσκούροις.

In nummo Magnesiae ad Sipylum teste Friderico Imhoof-Blumer Cybele habet vultum Neronis:

nr. 118 = Imh.-Bl., Kl. M. p. 521 nr. 2.

Imperatorem deae aequatum esse veri dissimile mihi videretur nisi B. Pick per litteras comiter ad me datas confirmavisset vultum Neronis, in quo vel barbae vestigia cognosci fortasse possint, certe esse agnoscendum. Alium eiusmodi nummum descripsit B. Pick

nr. 119 = Num. Zeitschr. XXIII 1901 p. 66 nr. 21 Philippopolis:

A.: *Αὐτ. Κ. Μ. Αὐρ. Ἀντωνεῖνος* (Elagabalus).
R.: *Φιλιπποπολείτων* [*νε*]*οκόρων* (Diana, quam Iuliae Paulae vultum habere putat Pick, Elagabali Svoronos).

Elagabalum ipsum se deabus aequavisse supra p. 286 commemoravi: idem studium in Caligula occurit; cf. p. 282.

Deis orientalibus raro et inferiore demum aetate imperatores aequati sunt. Iulia Domna in castris legionum prope Moguntiacum sitis appellata est Caelestis dea:

nr. 120 = CIL XII 6671:

[*Iuliae Augustae*] *Caelesti deae*
[*matri imperato*]*ris Caesaris*
[*M. Aurelii Anton*]*ini Pii Felicis.*

Quantum valuerit Iulia Domna apud exercitum, demonstravit A. de Domaszewski, Die Religion des römischen Heeres, Westdeutsche Zeitschrift XIV 1895 p. 72.[1])

[1]) Eodem cognomine ornatam esse Iuliam Soaemiam concludit S. Roncevalle (Revue archéol. ser. IV vol. II 1903 p. 31) ex titulo in

Ad speciem Luni, Phrygii lunae dei, qui a Graecis vocatur *Μήν*,[1]) ficti sunt[2]) Galba in nummo Galatico:

nr. 121 = Imh.-Bl., Kl. M. p. 495, 1 = Lyd. St. p. 5 = Head[2] 747,

---

vico Deir-el-Kalaa (Syriae) reperto IGR III 1079 *I(ovi) O(ptimo) M(aximo) B(almarcodi) e(t) I(unoni) R(eginae) e(t) C(aelesti) S(oaemiae) Q. A(ncharenus) E(utyches)* . . . *θεῷ ἁγίῳ Βαλ(μαρκῶδι) καὶ θεᾷ Ἥρᾳ καὶ θεᾷ Σίμᾳ καὶ νεωτέρᾳ Ἥρᾳ Κ. Ἀγχαρηνὸς Εὐτυχής* . . . Incertiora sunt supplementa quam ut Iuliam Soaemiam Caelesti deae aequatam esse ex eis concludere liceat.

Caracallam in castris legionum Mithrae aequatum esse A. de Domaszewski (l. c. p. 73) et C. Zangemeister concluserunt ex titulo CIL XIII 6754 *D(eo) invi[cto Soli] imp. Cae[s. M. Aure]lio Anto[nino] Pio Felic[i]* . . . Sed titulus est dedicatio communiter deo et imperatori oblata sicut alius CIL VI 420 = 30764 = IG XIV 985 = Dessau 398 (Roma) *I. O. M. Heliopolitano Κομμόδῳ ἀνδρὶ βα[σι]λικ[ω]τ[άτῳ] ἀσπιστῇ [τῆς] οἰκουμ[ένης] Imp. Caes. M. Aur. Commodo Antonino.* Deum et imperatorem verbo *et* inter se coniungi non opus est, cum *et* etiam in aliis titulis omittatur velut CIL VI 978 *Imp. Caesari Hadriano Aug. n. coll[e]g(io) Aelianorum sanctissimo Minervae Salu[ti] Amaracus Aug. lib. ex testamen. d. d.* CIL III 5935 (supra Eining Raetiae) *[Dominis nostris M. Aurelio Antonino et . . . Getae Augustis et Iuliae] Aug. matri Augg. et kast. I. O. M. et Iun(oni) Re(ginae) et Miner(vae) sac(rum).* Quibus in titulis ut imperatores deis aequentur nullo modo fieri potest.

[1]) Cf. Roscher II 2687 sqq.

[2]) Iam Caesarem Luno deo aequatum esse data opera demonstrare conatus est W. H. Roscher (Ber. d. sächs. Gesellsch. d. Wiss. phil.-hist. Kl. 1891 p. 96 sqq.). In duobus enim nummis Nicaeensibus, altero Antonini Pii (Revue num. ser. III vol. XII 1894 p. 301), altero Gordiani (Cat. Brit. Mus. Pontus p. 171 nr. 118 = Head[2] 517) temporibus cusis cernitur vir Phrygia veste et pileo indutus sedens in equo, cuius pes prior sinister formam habet pedis humani, dexter manus humanae tenentis hastam serpente cinctam. Cauda equi est serpentis instar. In Gordiani nummo Victoria equitem corona ornat. Nummi inscripti sunt *ἵππον βροτόποδα Νικαιέων.* Roscher equum eundem esse censet atque illum, quo maxime usum esse Caesarem et cuius imaginem eum posuisse ante aedem Veneris Genetricis Suetonius (Caes. 61) narrat: *utebatur autem equo insigni, pedibus prope humanis et in modum digitorum ungulis fissis, quem natum apud se, cum haruspices imperium orbis terrae significare domino pronuntiassent, magna cura aluit nec patientem sessoris alterius primus ascendit; cuius etiam instar pro aede*

Caracalla in nummo Ancyrano:

nr. 122 = Imh.-Bl., Kl. M. p. 495, 2,

Antinous in nummo eiusdem oppidi:

nr. 123 = Mionnet IV p. 221 nr. 160.

Cf. Dietrichson l. c. p. 293 nr. 25.

Veneris Genetricis postea dedicavit. Eadem tradit Plin. n. h. VIII 155 *nec Caesaris dictatoris quemquam alium recepisse dorso equus traditur. idemque humanis similes pedes priores habuisse, hac effigie locatus ante Veneris Genetricis aedem.* Cuius simulacri imaginem Roscher putat Nicaeae positum esse, cum templum quoque Caesari ibi sit decretum teste Cass. Dione LI 20, 6. Victoriam adiectam esse propterea, quod Caesar, postquam Pharnacem vicerit (anno 47), per Bithyniam redierit (Cass. Dio XLII 49, 1), quo in itinere eum Nicaeam adisse veri simillimum sit (Cic. ad Att. XIV 1, 2).

Roschero adsentitur W. M. Ramsay (Cities and bishoprics I p. 54). In contrariam partem disputat W. Drexler (Roscher II 2693 sqq. 2755 sq.), qui equum putat animal esse fabulosum ex fabulis Nicaeensibus petitum. Ad eundem finem pervenit J. A. Blanchet (Rev. num. ser. III vol. 12 [1894] p. 304). Quae opinio repudiatur a Roschero (in lex. myth. ll. cc.) propterea, quod a nullo eorum scriptorum, qui in fabulis Nicaeensibus versantur, eiusmodi equi fiat mentio neque veri simile sit eandem deformitatem eisdem fere temporibus diversissimis locis imperii occurrere.

Cum tantopere in interpretando equo dissideant viri docti, de equite quoque dissentiunt. Roscher eum Caesarem esse putat Luno deo aequatum, Drexler intellegit Bacchum vel Lunum cum Baccho confusum. Quamquam Roscheri opinioni favent duo nummi, in quibus imperator Luno deo aequatur, alter Galbae (nr. 121), alter Caracallae (nr. 122), tamen eam veram esse persuadere mihi non possum. Caesarem esse intellegendum Roscher concludit inde, quod et equus sit simillimus Caesaris equi et Victoria equitem corona ornet. Alteram causam non iam licet admittere, postquam innotuit nummus Antonini, a quo abest Victoria. Neque equum Caesaris esse inde apparere mihi videtur, quod inscriptio nummi Caesaris mentionem non facit, id quod exspectandum erat, si statua Caesaris esset imitatione expressa. Accedit, quod alter eques tantopere differt ab altero, ut ad unam imaginem ficti esse nequeant. Quam ob rem cum Roscheri opinio minus probabilis mihi videatur, equum ex fabulis Nicaeensibus petitum esse malim putare secutus opinionem Drexleri, quamquam de eiusmodi equo nihil traditur; nam permultae sunt res, quae singularibus testimoniis ex antiquis temporibus nobis traditae sunt.

Ei deo, quem Graeci vocant *Ἀγαθὸν δαίμονα*, Nero primis annis postquam imperium adeptus est aequatus esse videtur in Aegypto. Alexandriae cusi sunt hi nummi:

nr. 124 = Cat. Brit. Mus. Alex. p. 20 sq nr. 171 sqq.

A.: *Νέρω. Κλαυ. Καισ. Σεβ. Γερ. Αὐτο.*
R.: *Νεο. Ἀγαθ. Δαιμ.* (Agathodaemon ad anguis formam fictus).

Quamquam Nero et deus diversis in partibus cernuntur, tamen inscriptio *νέο(ς) Ἀγαθ(ὸς) δαίμ(ων)* interpretatione careret, nisi eam de Nerone acciperemus. Quando nummi sint cusi, non constat; primis autem imperatoris Neronis annis eos attribuendos esse docent alii loci, quibus Nero eidem deo aequari videtur. Sub Claudii mortem scripta est papyrus

nr. 125 = Ox. Pap. VII 1021:

ὁ μὲν ὀφειλόμενος τοῖς προγόνοις καὶ ἐνφανὴς θεὸς Καῖσαρ εἰς αὐτοὺς κεχώρηκε, ὁ δὲ τῆς οἰκουμένης καὶ προσδοκηθεὶς καὶ ἐλπισθεὶς Αὐτοκράτωρ ἀποδέδεικται, Ἀγαθὸς δαίμων δὲ τῆς οἰκουμένης [ἀρ]χὴ ὢν [μέγισ]τε πάντων ἀγαθῶν Νέρων.

Non multo post scriptus est titulus ad pyramidem Chephrenis repertus

nr. 126 = CIG 4699 = OGI 666:

ἐπεὶ [Νέρων] Κλαύδιος Καῖσαρ Σεβαστὸς Γερμανικὸς Αὐτοκράτωρ ὁ Ἀγαθὸς δαίμων τῆς οἰκουμένης σὺν ἅπασιν οἷς εὐεργέτησεν ἀγαθοῖς τὴν Αἴγυπτον τὴν ἐναργεστάτην πρόνοιαν ποιησάμενος ἔπεμψεν ἡμεῖν Τιβέριον Κλαύδιον Βάλβιλλον ἡγεμόνα ...

Balbillus anno 55 factus est praefectus Aegypti.[1] Posteris annis nullum occurrit exemplum Neronis huic deo aequati, quamquam imperator persaepe commemoratur et in titulis et in papyris.

---

[1]) Prosopogr. imp. Rom. I p. 360 nr. 662.

Cognomen novae Isidis nulli imperatrici inditur,[1]) quamquam uxores Ptolemaeorum huic deae aequatae sunt. Arsinoe in papyro hieroglyphicis litteris conscripta (A. Wiedemann, Mus. Rhen. XXXVIII 1883 p. 391, 10) audit Isis Arsinoe Philadelphus. Ad speciem Isidis fingitur Berenice Ptolemaei Euergetae uxor in gemma, Babelon, Catalogue tab. XXII nr. 229. De Cleopatra tradit Plut. Ant. 54: *Κλεοπάτρα . . . στολὴν ἱερὰν Ἴσιδος ἐλάμβανε καὶ νέα Ἶσις ἐχρημάτιζε.* Cf. Cass. Dio L 25, 3 sq. 5, 3 (unde Zonaras X 28).

Ut etiam inter deos Cleopatrae coniunx videretur, Osiridi se aequavit Antonius. Cass. Dio L 25, 3 sq. (cf. p. 319). 5, 3. Eidem deo in Aegypto aequatus est Antinous teste obelisco nunc Romae exstante, cuius inscriptiones publici iuris fecit A. Erman, Röm. Mitt. XI 1896 p. 112 sqq. Quibus ex titulis colligitur Antinoum appellatum esse *Osiridem Antinoum beatum* et Antinoupoli, ubi phyla occurrit *Ὀσιραντινόειος* (Archiv II 72, cf. W. Weber l. c. p. 250[2])), habuisse templum. Ad Osiridis speciem statuae eius finguntur, Dietrichson l. c. p. 177 sqq.

Omnes quas in primo capite enumeravi aequationes publico consilio factae sint necesse est; in eis autem, quas modo tractavi, communi consilio non erat opus, quamquam compluribus locis ut imperator deo aequaretur populo placuisse manifestum est. Nemo enim, qui suo ipsius arbitrio imperatores aut eorum propinquos aequavit deis, in eadem inscriptione alterum dei nomine ornavisset, alterum non ita. Quam ob rem ut interpretationem habeant tituli, qui quamquam complures enumerant domus imperatoriae homines, tamen unum tantum dei nomine appellant (nr. 51. 82),

[1]) In titulo ex oppido Athribis petito cognomen non exstat, sed ab J. A. Letronne suppletum est: CIG 4711 = IGR I 1150 . . . *ὑπὲρ Ἰουλίας Σεβασ[τῆς νέας Ἴσιδος . . .]*. Quamquam J. Franz et R. Cagnat coniecturam receperunt, tamen veri similis mihi non videtur, cum nullius imperatricis exemplo probetur.

[2]) Eodem loco Weber ex aliis quoque phylarum et tribuum nominibus complures imperatores deis aequatos esse concludit ita, ut deos, qui in nominibus tribuum occurrunt, eosdem esse putet atque imperatores, quorum a nominibus derivata sunt nomina phylarum. Ea argumentatione si uteremur, concedendum esset Nervam aequatum esse Vestae, id quod ineptum est.

has aequationes publico consilio factas esse opus est. Idem valet de nummis, qui ab oppidis cusi imperatorem deo aequant. Contra probari potest singulis hominibus licuisse imperatores deis aequare; cuius rei testimonium est Pergamenus titulus (nr. 102), qui Hadrianum Aesculapium appellat. Nam complures exstant inscriptiones dedicatoriae Pergamenae, quae ad Hadrianum se vertunt nomine Aesculapii non adiecto (Inscr. Perg. 364. 366 sqq.). Num C. Caesar Athenis auctoritate populi an privata adulatione Marti aequatus sit (nr. 95), in dubio remanet, praesertim cum titulus, qui eum vocat *Ἄρηος υἱόν*, scriptus sit post eum, qui *νέον Ἄρη* eum appellat; notandum autem est in utraque inscriptione Attica, quae eius mentionem facit, eum referri ad Martem, cum neque L. Caesar (IG III 445) neque alius imperatoris propinquus illa aetate in Attica deo aequetur.

Hic aequationis modus, cuius testimonia in hoc capite enumeravi, in propinquis potissimum imperatorum adhibetur, raro in imperatoribus ipsis. Quod mirum non videbitur ei, qui in memoriam revocaverit causas aequandi in imperatoribus ex rebus imprimis petitas esse ab imperatore gestis, propinquos autem plerumque nulla alia de causa deis aequatos esse atque ea, quod tota domus imperatoria cum deis comparabatur. Quam ob rem ad comparandos imperatores aptiores erant dei certis cognominibus praediti, quibus imperatores propter merita aequatos esse iam supra p. 300 commemoravi. Quae si consideramus, non mirum est, quod tam raro imperator pro novo Iove habetur nullo addito cognomine, cum hac aequationis forma res gestae non indicentur.

Divinum cognomen plerumque nominibus postponitur, neque tamen discriminis quicquam indicari cognomine anteposito et inde apparet, quod in nummis eiusdem oppidi (Alindae) nr. 53 sq. Plautilla audit in alio *Πλαυτίλλα νέα θεὰ Ἥρα*, in aliis *νέα θεὰ Ἥρα Πλαυτίλλα* et ex appellationibus *Ἀφροδίτη Λαμία, Πυθιονίκη Ἀφροδίτη, Ἀρσινόη Ἀφροδίτη, Ἀφροδίτη Βελεστίχη* (p. 309 sq.), quae certe inter se non differunt. Inter nomina inseritur cognomen in titulis nr. 46 *θεὰ Λειουία Ἥρα νέα Σεβαστή*, nr. 47 *Ἰουλία Ἥρα Σεβαστή*, nr. 49 *Ἰουλία νέα Ἥρα Σαβεῖνα Σεβαστή*.

Caput quintum.

Non raro imperator receptus est inter sacra, quae iam antea certo aliquo loco celebrata sunt, et *σύνναος* factus epiclesin accepit, quae dei illo loco propria erat. Praemittere mihi liceat exemplum Pergamenum, quippe quod valde perspicuum sit:

nr. 127 = Inscr. Perg. 497 = OGI 474 = IGR IV 464:

> *Φαυστῖναν . . . ἱέρειαν γενομένην τῆς Νικηφόρου καὶ Πολιάδος Ἀθηνᾶς καὶ Ἰουλίας συνθρόνου νέας Νικηφόρου Γερμανικοῦ Καίσαρος θυγατρός . . .*

Iulia Germanici Caesaris filia recepta est inter sacra *Νικηφόρου Ἀθηνᾶς* et appellata *σύνθρονος νέα Νικηφόρος*. Intellegenda est Iulia Livilla filia Germanici minima natu, cum non habeamus, cur intellegamus Iuliam Drusillam sororem maiorem, quippe quae nusquam solo nomine Iuliae appelletur.

Inscr. Perg. 403 et 498 non opus est afferre, cum ad eas supplendas M. Fraenkel usus sit nostro titulo. *Ἀθηνᾶ Νικηφόρος* permultis in titulis commemoratur; cf. Fraenkel, Inscr. Perg. p. 516. Templi mentionem facit Livius XXXII 33, 5.

Simili modo Livia Cyzici facta est *σύνναος* dea Minervae:

nr. 128 = IGR IV 144:

> *. . . Ἀντωνία Τρύφαινα . . . τὸν αἰώνιον τοῦ μεγίστου θεῶν Τιβερίου Σεβαστοῦ Καίσαρος οἶκον . . . διὰ παντὸς εὐσεβοῦσα συγκαθιέρωσε τῇ Πολιάδι Ἀθηνᾷ ἄγαλμα τῆς μητρὸς αὐτοῦ [Σεβαστῆς Νει]κηφό[ρ]ου καὶ λαβοῦσα παρὰ τῆς πόλεως ἱερητείαν . . . Ἀντωνίαν Τρύφαιναν βασιλέως Πολέμωνος καὶ βασιλίσσης Πυθοδωρίδος Φιλομήτορος θυγατέρα ἱερήαν Σεβαστῆς Νεικηφόρου . . .*

Livia igitur *σύνναος Ἀθηνᾶς Πολιάδος* facta appellata est *Νεικηφόρος*; quod cognomen memorabile est propterea, quod nullo alio in titulo Cyziceno [1]) occurrit; cum proprium sit Minervae

[1]) Unde Cagnat colligat Minervam iam pridem a Cyzicenis appellatam esse *Νεικηφόρον*, non video.

Victoriam manu portantis,[1]) fortasse Livia hunc ad modum ficta erat.

Inter sacra vetera Ilii recepta videtur Livilla Drusi filia:

nr. 129 = Le Bas III 1039 = IGR IV 206 = Dessau 8787:

Ἀντονίαν τὴν ἀδελφιδῆν τὴν θεοῦ Σεβαστοῦ, γυναῖκα δὲ γενομένην Δρούσου Κλαυδίου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Αὐτοκράτορος Τιβερίου Σεβαστοῦ, μητέρα δὲ Γερμανικοῦ Καίσαρος καὶ Τιβερίου Κλαυδίου Γερμανικοῦ καὶ Λειβίας θεᾶς Ἀφροδείτης Ἀγχεισιάδος πλείστας καὶ μεγίστας ἀρχὰς τοῦ θειοτάτου γένους παρασχοῦσαν, Φίλων Ἀπολλωνίου τὴν ἑαυτοῦ θεὰν καὶ εὐεργέτιν ἐκ τῶν ἰδίων.

Θεὰ Ἀφροδείτη Ἀγχεισιάς intellegenda est Venus uxor Anchisae, a qua originem duxit gens Iulia. Sed vide quae de Cagnati ad hunc titulum adnotatione dixi supra p. 313.

Ἀφροδίτη Ἀγχεισιάς Ilii occurrens sacra illo loco facta testari videtur, quae iam liberae rei publicae temporibus facta esse possunt. Nam Venus cum esset cum Anchisa coniuncta, summam necessitudinem cum oppido Ilio habebat, quam ob rem eam sub nomine *Ἀφροδίτης Ἀγχεισιάδος* cultam esse veri simile est. Quem in cultum Livillam receptam esse puto, cum ea sola ex compluribus domus imperatoriae hominibus cognomine divino appelletur.

Drusilla mortua a Caligula consecrata *σύνναος* dea facta est Veneris et appellata Panthea. Cass. Dio LIX 11, 2 *ἐψηφίσθη . . . ἵνα . . . ἐς τὸ ἐν τῇ ἀγορᾷ Ἀφροδίσιον ἄγαλμα αὐτῆς ἰσομέτρητον τῷ τῆς θεοῦ ἐπὶ ταῖς ὁμοίαις τιμαῖς ἱερωθῇ*. 11, 3 *τότε οὖν Πάνθεα ὠνομάζετο.*

Athenis Hadrianum in Iovis Eleutherii cultum receptum esse testis est Pausanias I 3, 2 *ἐνταῦθα* (i. e. *παρὰ τῇ στοᾷ βασιλείᾳ*) *ἕστηκε Ζεὺς ὀνομαζόμενος Ἐλευθέριος καὶ βασιλεὺς Ἁδριανός.*

[1]) Cf. Preller-Robert, Griech. Myth. p. 216 sqq.

Quam ob rem recte suppletus esse videtur titulus IG III 9 *τῷ τε Ἐλ[ευθερίῳ Διὶ καὶ Ἁδριαν]ῷ Καίσαρ[ι Σεβαστῷ σωτῆ]ρι.* Hadriani ipsius nomine Eleutherii appellati etsi certum non exstat testimonium, tamen fortasse afferre iuvat titulum

nr. 130 = IG III 253:

ἱερέως Ἁδριανοῦ Ἐλευθεραίως (pro *Ἐλευθερέως*).

Quam ad inscriptionem W. Dittenberger adnotat haec: „Extremum vocabulum non modo ceteris recentius sed etiam aliquanto post Hadriani mortem incisum esse cum litterarum forma tum scriptura *αι* pro *ε* indicat . . . Quare additamentum illud ad alterius p. Chr. saeculi finem aut tertii initium rettulerim". Intellegendum esse hoc quoque loco puto *Ἐλευθέριον,* cum Hadrianum appellatum esse *Διόνυσον Ἐλευθερέα* nullo testimonio probetur.

Haud scio an pro testimonio Atheniensi habendus sit titulus Perinthi repertus

nr. 131 = CIG 2021 = IGR I 785:

[Αὐτοκράτορι Καίσαρι Ἁδριανῷ Σεβαστῷ] Ὀλυμπίῳ καὶ Ἐλευθερίῳ καὶ Σαβείνῃ Σεβαστῇ . . .

Nam cum Hadrianus praeter Athenas et Lesbum duabus in inscriptionibus, ea scilicet quam modo attuli et altera Tomis reperta, quam supra p. 291 laudavi, audiat Eleutherius, habemus quod opinemur hos titulos singulares pendere ex Atticis aut Lesbiis. Inscriptionem Tomitanam simillimam esse earum, quae Lesbi repertae sunt, supra demonstravi, noster titulus quin ex Attica pendeat non dubito. Nam verba *Ὀλύμπιος* et *Ἐλευθέριος* verbo *καὶ* inter se coniuncta cum Lesbi non inveniantur, facillimam interpretationem habent, si titulum revocas Athenas, ubi Hadrianus *σύνναος* erat et Iovis Olympii[1]) et Iovis Eleutherii.[2])

[1]) Cf. p. 334.

[2]) In titulo IG III 492

. . .]ανο[. . .
. . . Ἐλ]ευθερί[ου . . .
. . . θεοῦ] Νέρουα υ[ἱωνόν . . .
Τραϊανὸν] Ἁδριαν[όν . . .

quae inter deum et Hadrianum intercesserit necessitas non liquet.

Megaris Hadrianus, quippe qui Athenis in cultum Iovis Olympii et Eleutherii receptus fuerit, *σύνναος* Apollinis Pythii fuisse videtur, cuius templum restituendum eum curavisse testatur Pausanias I 42, 5 *τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος πλίνθου μὲν ἦν ὁ ἀρχαῖος ναός· ὕστερον δὲ βασιλεὺς ᾠκοδόμησεν Ἁδριανὸς λίθου λευκοῦ*. Cognominis testes sunt tituli

nr. 132 = IG VII 72:

τὸν δὶς αὐτοκράτορα Καίσαρα Τραϊανὸν Ἁδριανὸν Σεβαστὸν Ὀλύμπιον Πύθιον Πανελλήνιον τὸν ἑαυτῶν κτίστην καὶ νομοθέτην καὶ τροφέα Ἁδριανίδαι ...

nr. 133 = IG VII 3491 add:

τὸν δὶς αὐτοκράτορα Καίσαρα [θεοῦ Τραϊανοῦ Παρθικοῦ υἱὸν] θεοῦ Νέρβα υἱωνὸν Τραϊανὸν Ἁδρι[ανὸν Σεβαστὸν Ὀλύμ]πιον Πανελλήνιον νέον Πύθιον [Μεγαρέων ἡ βουλὴ καὶ] ὁ δῆμος τὸν αὐτῶν εὐεργέτην [καὶ κτίστην καὶ νομο]θέτην ...[1])

---

[1]) Inter sacra Veneris, quam Tentyride cultam esse docent et Strabo XVII 815 et titulus CIG 4716 = IGR I 1164 = OGI 661, receptam esse Plotinam putaverunt qui ediderunt titulum CIG 4716 c = IGR I 1167 *ὑπὲρ Αὐτοκράτορος Καίσαρος Τραϊανοῦ Σεβαστοῦ νεωτέρᾳ θεᾷ μεγίστῃ ... τὸ ἱερὸν τῆς νεωτέρας ... φροντιστοῦ ἱεροῦ Ἀφροδίτης θεᾶς νεωτέρας ...* Veri simile mihi non videtur pro salute imperatoris uxori eius quamvis deae donum oblatum esse. Vereor ne verba *Ἀφροδίτῃ θεᾷ νεωτέρᾳ* non sint accipienda de homine, cum certum habeamus testimonium nullum, quo homo audiat *νεώτερος θεός* addito nomine dei; nam interpretatione adhuc carent cum titulus quem supra (p. 324, 1) attuli IGR III 1079 tum alius, quem ediderunt v. Brünnow-de Domaszewski, Prov. Arabia II p. 254 n. 6 *ὑπὲρ ... Σαράπιδος καὶ Ἴσιδος καὶ νεωτέρας Ἴ[σιδος ...]*. Quamquam W. Weber (l. c. p. 175 adn. 28) hunc titulum aliter suppleri posse negat, tamen valde repugnat ectypum, quod secutus A. de Domaszewski edidit titulum. Restant post verbum *νεωτέρας* reliquiae duarum hastarum transversarum, quae ut suppleantur ad litteram I fieri non potest, cum haec significetur sola hasta longa. Quam ob rem cum supra (p. 307, 1) verbis *νεωτέρα θεός* significatam viderimus Proserpinam, his quoque locis, quamquam additur nomen dei, verba fortasse ad deas referenda sunt.

C. et L. Caesares *συννάους* Bacchi fuisse non licet concludere ex titulo Inscr. Perg. 384 = IGR IV 317 *ἀγω]νοθέτης τῶν Σεβασ[τοῦ παί]δων το[ῦ] Καθηγε[μ]ό[νος Διονύσο]υ*. Verba omissa coniunctione iuxta posita mihi videntur.

Inde ab altero p. Chr. saeculo sicut Graecorum mores magis magisque ad Italos pervaserunt, ita Romanus quoque cultus imperatorum modum Graecorum induit. Adhuc omnes aequationes factae erant sive ab hominibus privatis sive a singulorum oppidorum magistratibus et senatu neque vulgatae erant nisi per oppida regionesque, Hadrianus autem ipse se *σύνναον* Iovis Olympii fecit, postquam Olympieum Athenis condidit,[1]) in quo statuam ipsius poni iussit. Cass. Dio LXIX 16, 1 *Ἁδριανὸς δὲ τότε Ὀλύμπιον τὸ ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἵδρυται, ἐξεποίησε.* Vita Hadr. 13, 6 *opera, quae apud Athenienses coeperat, dedicavit, ut Iovis Olympii aedem et aram sibi.* Cum in illo templo Hadrianus iuxta Iovem Olympium ut deus coleretur, ad eum nomen dei translatum est, quo non modo Athenis sed in tota imperii parte ad orientem vergente appellatur. Totum nomen Iovis Olympii ei inditur hisce locis:

nr. 134 = IG XII 2, 184 = IGR IV 85 Mytilene:

Αὐτοκράτορι Καίσαρι Τραϊανῷ Ἁδριανῷ Διὶ Ὀλυμπίῳ σωτῆρι καὶ κτίστῃ. Cf. nr. 11.

nr. 135 = Ath. Mitt. V 1880 p. 335 Miletus:

Αὐτοκράτορι Καίσαρι Ἁδριανῷ Σεβαστῷ Διὶ Ὀλυμπίῳ σωτῆρι καὶ εὐεργέτῃ καὶ οἰκιστῇ.

In altero titulo Milesio quamquam cognomen Olympii omissum est, tamen non dubito, quin *Ζεὺς Ὀλύμπιος* sit intellegendus:

nr. 136 = Le Bas III 211:

Αὐτοκράτορι Καίσαρι Τραϊανῷ Ἁδριανῷ Σεβαστῷ Διὶ σωτῆρι καὶ οἰκιστῇ.

nr. 137 = Bull. corr. hell. XVIII 1894 p. 18, 1 sq. Halicarnassus:

Αὐτοκράτορι Καίσαρι Τραϊανῷ Ἁδριανῷ Σεβαστῷ Διὶ Ὀλυμπίῳ σωτῆρι καὶ κτίστῃ.

nr. 138 = CIG 3036 Metropolis (Lydiae):

Αὐτοκράτορι Καίσαρι Τραϊανῷ Ἁδριανῷ Διὶ Ὀλυμπίῳ καὶ κτίστῃ.

[1]) Cella dedicata est anno 128, totum templum 131/2. Cf. W. Weber l. c. p. 208 sqq.

nr. 139 = CIL III 374 = Dessau 320 Parium (Mysiae):

Imp. Caesari Traiano Hadriano Augusto Iovi Olympio conditori col.

nr. 140 = CIG 1312 Sparta:

Διὸς Σωτῆρος Ὀλυμπίου

(si pertinet titulus ad Hadrianum).
Huc referendus videtur etiam titulus

nr. 141 = CIG 1822 Epiri locus incertus:

Αὐτοκ[ράτορι Τραϊα]νῷ Ἁδρια[νῷ Σε]βασ[τῷ] Ὀλυμπίῳ Διὶ Δωδωναῖ[οι] (Boeckh.: *Δωδωναί[ῳ]*).

Non esse puto, quod cogitemus de Iove Dodonaeo, cum verbum *Διί* positum post *Ὀλυμπίῳ* etiam in titulo nr. 11 occurrat.

Permultis locis nomine Iovis omisso solum cognomen Olympii imperatori inditur.

Attica: IG III 465. 470. 472 sqq. 1111. CIL III 548 = 7281. 7282 = Dessau 315.

Aeolis: Mionnet III p. 29 nr. 170; suppl. VI p. 42 nr. 266. Cat. Brit. Mus. Aeol. p. 102 nr. 2. IGR IV 212. 268. IG XII 2, 185 sqq.

Ionia: Ephesus: Anc. Gr. Inscr. III 501. Ditt. Syll.[2] 389. Cat. Brit. Mus. Jonia p. 77 nr. 224. Miletus: CIG 2863. 2866. 2877. IG III 480 (qui titulus a Milesiis Athenis est positus). Phocaea: Bull. corr. hell. IV 1880 p. 382.

Mysia: Mionnet II p. 539 nr. 175. IGR IV 122 sq. 128. 139. Ath. Mitt. XXIX 1904 p. 306. 310. XXXII 1907 p. 309 sq. Imh.-Bl., Gr. M. 165. Pergamum: Inscr. Perg. 364 sq. = IGR IV 341 sq. Inscr. Perg. 374 = IGR IV 353. IGR IV 343 sqq.

Lydia: Head[2] 658.

Bithynia: Mionnet II p. 468 nr. 315.

Phrygia: Mionnet IV p. 322 nr. 735 sq. IGR IV 640.

Lycia: IGR III 661 sq. CIG 4336 = IGR III 756 sqq. Le Bas III 1359 = IGR III 771.

Pisidia: Cat. Brit. Mus. Pisidia p. 242 nr. 12. IGR III 403. 430.

Cilicia: Cat. Brit. Mus. Cilicia p. 187 nr. 150. OGI 574.

Insulae: Andrus: Ath. Mitt. XVIII 1893 p. 10. Tenus: Bull. corr. hell. XXVI 1902 p. 419. Creta: IGR I 959.

Thracia: CIG 2021 = IGR I 785.

Moesia: IGR I 607.

Cognomen Olympii postea raro ad alios imperatores translatum est. Commodus eo ornatur in nummo Ephesio

nr. 142 = Cat. Brit. Mus. Jonia p. 82 nr. 255 sq.:

Μ. Αὐρ. Ὀλυμ. Κόμοδος (caput Commodi).

Mirum est quod cognomen Olympii ante nomen Commodi ponitur.

Ad Caracallam cognomen transfertur in titulo Gortyne reperto

nr. 143 = Monum. antich. dei Lincei XVIII 1907 p. 318:

Αὐτοκράτορα Καίσαρα Μ. Αὐρήλιον Ἀντωνεῖνον Εὐσεβῆ Σεβαστὸν μέγιστον Βρεττανικὸν μέγιστον Γερμανικὸν μέγιστον Ὀλύμπιον.

Longius processit Commodus, qui in ipsa urbe Roma pro Hercule Romano se gessit, cognomen nummis imperii inscripsit, a senatu inter deos publicos receptus est. Cf. quae disserui p. 283 sqq.

Denique Diocletianus et Maximianus eorumque successores cognomina Ioviorum et Herculiorum sibi indiderunt, quibus Iovis et Herculis, quos comites suos appellabant,[1]) similes se esse indicavisse mihi videntur. Lact. de mort. pers. 52 *Ubi sunt modo magnifica illa et clara per gentes Ioviorum et Herculiorum cognomina, quae primum a Dioclete ac Maximiano insolenter adsumpta ac postmodum ad successores eorum translata viguerunt?* Aurel. Vict. Caes. 39, 18 (*Maximiano*) *postea cultu numinis Herculei cognomentum accessit uti Valerio Iovium.* Occurrunt cognomina persaepe in nummis (Cohen VI p. 429 sq. nr. 142 sq. p. 480 nr. 7.

[1]) CIL VIII 18230 *Iovi et Herculi comitibus impp.*

p. 481 nr. 14. p. 336 sq. nr. 412 sq.). Quam usitata fuerint inde apparet, quod saepe inveniuntur ipso nomine non adiecto (CIL III 12310 = Dessau 634. CIL VI 255 sq. = Dessau 621 sq. Cohen VI p. 434 nr. 185).

Nomina transferuntur ad successores Galerium (CIL III 3522 = Dessau 658. CIL III 5325 = Dessau 661. Cohen VII p. 124 nr. 215), Galerium et Constantium Chlorum (?) (CIL III 4413 = Dessau 659), Constantium Chlorum (Cohen VII p. 88 nr. 306), Maximinum Daiam (Cohen VII p. 155 nr. 134 sq.), Licinios (CIL IX 6026 = Dessau 676. Cohen VII p. 210 nr. 1 sqq.).

Quamquam cognomina imperatores deis non aequant, tamen eo quoque posteri imperatores processissent, nisi vicisset fides Christiana (Wissowa p. 83).

Index locorum.

I = Nomen dei addita epiclesi inter cognomina imperatoris recipitur.
II = Imperator novus deus appellatur.
III = Imperator in cultum dei ut *σύνναος* recipitur.
Ceteri numeri significant titulos et nummos.

Index imperatorum.

Numeri sunt paginarum, quos uncis inclusi titulorum.

Vita.

Natus sum Paulus Riewald a. d. III Kal. Quint. anno prioris saeculi LXXXVIII Gryphiswaldiae patre Leonhardo, matre Martha e gente Jung, quibus superstitibus valde gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis instructus vere a. XCVIII gymnasium patriae urbis adii. Vere a. MCM cum parentibus Primislaviam transmigravi, ubi gymnasium frequentavi usque ad ver a. huius saeculi VII. Maturitatis examine superato ut studiis philologicis me dederem almam matrem Albertinam Ludovicam Friburgensem adii, cuius civis per sex menses fui. Deinde ter sex menses Berolini versatus vere a. h. s. IX ad absolvenda studia Halas Saxoniae me contuli. Docuerunt me viri doctissimi Friburgenses Rickert, Schmalz, Thiersch, Uebinger, Berolinenses Diels, Helm, Hirschfeld, Lasson, Lenz, Norden, W. Schulze, Sternfeld, Wentzel, de Wilamowitz, Halenses Bauch, Fester, Fries, Heldmann, Kern, Krueger, Lindner, Meumann, Niese †, Praechter, Robert, Wissowa. Ad proseminarii exercitationes me admiserunt Diels, Helm, Mewaldt per ter sex menses. Tantundem temporis sodalis fui seminarii philologici Halensis Kern, Praechter, Wissowa regentibus. Praeterea ad exercitationes me admiserunt historicas Niese †, Sternfeld, paedagogicas Fries, archaeologicas Thiersch.

Quibus omnibus viris bene de me meritis debitam habeo gratiam, maximam vero Georgio Wissowa, qui huius dissertationis auctor semper opera et consilio benevolentissime me adiuvit.

